~~6-10 e-6~~

Viplevani Orationes
Riccij Epist.

CREMONENSIVM

ORATIONES III.

ADVERSVS PAPIENSES

IN CONTROVERSIA

PRINCIPATVS.

Opera

di Marco Girolamo Vida Vescovo

d'Alba Cremonese

PARISIIS MDLXII.

IOANNI FRANCISCO
Affaitato Co. Patrono ſuo,

Iacobus Antonius Beuilaqua Cremonenſis,
S. D.

AMor quo patriã meã ſemper proſecutus ſum, is fuit, vt quãuis ab illa decem annos abfuerim, illius tamen nunquam immemor extiterim, quæ mihi quoq; in memoriam redegit tẽpus illud, quo I O. CAROLVM AFFAITATVM patrem tuum nobiliſsimum, ac optimum virum, quo parente, tu maxime dignus es, & amare, & colere cœpi. nec minori obſeruantia te am

plexus ſum, id quod, & libenter teſtatus fuiſſem re ipſa, quando aliqua occaſio mihi ſe ſe obtuliſſet. quæ cum mihi expectatione tardior daretur, non parum animo angebar. Nam cum vtriſque deberem, nec me hoc tanto ære alieno liberarem, indignus videbar, qui talem, tantumq; patrem obſeruauerim, bonitatisq; paternæ hæredem filium colerem, hac tam nobilis antiquæúe familiæ amicitia. Sed ecce cum hæc mecum cogitarem, ad impreſſores lutetiæ PAriſiorum (illic enim commorabar) me confero, animi cauſa oblectandi. Dum illic multa lectu digniſsima imprimerentur, & inter hæc Cremonenſiū hę ACTIONES denuo lu

ci dabãtur. Quo dulcifsimo nomine commotus, cum quia videbam ab omnibus doctis, qui tum illic aderant, fumme laudari, tum quia patriæ nomen infculptum, & impreffum erat, duxi illas edendas alicuius maximi viri patrocinio, & aufpicio. Tu mihi pręfto adfuifti, qui & hoc munere dignus, & Regis noftri Regum maximi, & optimi gratia decoratus, nominis tui fplendore munus hoc amplificare potes. Huc accedit, quod fcimus, & quanti apud Venetos illos Chriftianæ fidei optimos, & cuftodes, & patronos fis, quorum autoritas noftrum hoc munus admodum decorabit; qui cognitis animi tui præclarifsimis dotibus, in nouam

ſocietatem , quam CALCIAM appellant, aſciuerunt. Nec immerito; Sciunt enim, quantum ſplendoris huic ſocietati nomine tuo ſis additurus. In quam cum primum acceptus es, illa præclara magnanimitatis tuæ ſigna, & munera reliquiſti, quæ te, patriãq; noſtrã admirabilẽ oĩa ſecula reddiderunt. Nec hic teſtabor quantopere te omnes laudent, ac admirentur, iam diuulgato tantæ liberalitatis tuæ nomine. Quod cum homines audiunt; PATER ille tuus munificus, & liberalis ſuccurrit, qui olim Italorum frigore, fameque contabeſcentium multa millia à MESSII expugnatione abeuntium aluit ſua impenſa, ſingulisque multos denarios

dedit, qui loco viatici essent in Patriam redeuntibus. Qua sola liberalitate (taceo alias innumerabiles illius viri virtutes), se magnanimum, ac generosum Cremonensem præstitit, immortalemque famam comparauit. Quid enim hoc nomine Cremonensi, ac domo AFFAITATA dignius dici potest? Ne te verborum longa serie diutius retineam, librum hunc tibi consecrabo, meq; dedam, te etiam, atque etiam orans, ne ab eorum numero, me segreges, qui te, & amant, & obseruant. Vale. Parisijs Kalen. Aug. M D L X I I.

ACTIO PRIMA ADVERSVS PAPIENSES IN CONTROVERSIA PRINCIPATVS.

VBI quæso gentium sumus? quo me uertam patres? Hic locus mihi alias animo semper gratus, aspectuq; iucundus nunc oculos meos ualde offendit, qui quocũq; inciderint, uidẽt omnes homines in risum effusos. quæ noui huius iudicij noua forma? uideor hic mihi onus ætna grauius sustinere, meque pertædet huc unquam pedem intulisse, ubi omnibus derisui esse conspicio tam nos, qui nihil commeruimus, q̃ aduersarios nostros, qui soli sunt in culpa, tã in nos q̃ in eos conuersi utrosq; oculis notant, ridẽt mediusfidius uel ipsi huius curiæ parietes, neq; me mea fefellit opinio, initio cum hanc causam mihi à meis ciuibus delatam susciperem. Sciebam equidem hanc uicinis ciuitatibus allaturam nostri irridendi facultatem. sciunt ipsi q̃ inuitus, ægreq; suæ, ac totius ciuitatis uoluntati acquieuerim, non quod homo Cremonensis defugerem Papiensium congressum, &

certamen uocantium in quæstionem, & controuersiã rem, quæ nullam habet dubitationem, & contentione non magnopere dignam, Cremonensium ne ciuitas an Papiensiũ sit præstantior, cum maxime aduersarios facile uinci posse non ignorarem. Verum me multum patres ab hac actione retrahebat, ne grauitatem ciuitatis nostræ, quæ semper frugi habita est, conferrem cum leuitate eorum, qui ex Papiensibus has turbas tam alieno tempore commorunt, neùe necessariam defensionem nostram opponerem eorum inani, ac superuacuæ prouocationi, meq;, ac ciuitatem meam sociorum, ac totius uicinitatis irrisui, exponerem, cum primo aspectu, & specie ipsa hæ contentiones inanes uideantur, & esse hominum otio nimis abundantium, cum non de potentatu, sed de principatu tantum agatur, quod aliqui ex ijs, qui habiti sunt sapientes, inuenti sint, qui uniuersum terrarum orbem haberent pro domicilio, communiq; omnium gentium municipio. Non possũ negare iudices rem magis grauẽ, uestrisq; auribus, & hoc loco magis dignam in quæstionem uenire potuisse, fateorq; hic non agi de fortunis totius Europæ, neq; de Italiæ, aut utriusq; ciuitatis libertate, ac salute, de liberis, de focis, laribus, atq; aris, neq; in discrimen uenire, utra ciuitas alteri præscribat, imperet uè, concedoq; hanc disceptationem facilè potuisse, aut potius debuisse omitti, non quod nesciam

eiusmodi

eiuſmodi contentiones nõ modo inter præclara municipia, ſed etiam inter maximas prouincias, regna etiam quandoq; ampliſſima extitiſſe, easq́; præſtantiſſimis Imperatoribus diſceptatoribus dijudicatas fuiſſe, & ſuum cuiq́; locum, gradum, ac dignitatem attributam, prælatasq́; ſemper fuiſſe eas ciuitates, gentes, ac nationes, quæ alijs dignitate præſtarent, cum certamen honoris plerunq; à uirtute proficiſcatur. Sit ſanè uero res ut libet, ſitq́; queſtio plane de nugis, ut riſus ueſter, ac totius curiæ mihi declarare uidetur. Soli tamen irridendi accuſandiq́; ſunt aduerſarij, omnisq́; in eis culpa reſidet, qui negocij credo inopia, primi, inepte ſanè, tam alienis temporibus huic controuerſiæ initium fecere, qui inquam hoc tempore nos de honoris, ac dignitatis poſſeſſione antiquiſſima, in qua ſemper fuimus, neq; ui quidem, neq; clam, neq; precario, ambitioſe deijcere adorti ſunt, nec uerentur ciuitati noſtræ præclariſſimæ Romanorum coloniæ ſuam qualemcunq; conferre, & etiam, ſi dijs placet, præferre, Papiam dico, ne forte, ſi qui adſunt exteri, & peregrini, putent me de aliqua ampliſſima, atq; opulentiſſima urbe loqui, cui iſti exæquari contendant Cremonam oportere plenam dignitatis ciuitatem, talemq́ue, qualem uos ipſi optime noſtis. Quæ tandem igitur ambitio, aut leuitas populi Cremonẽſis uideri debet, quem neceſſitas in hanc actionem detruſit? cogimur

generis decertaret, causam dicere licuit, itidem sibi apud nos æquum fore se defendere arbitratur, quod olim duæ principes Græciæ ciuitates Sparte, atque Athenæ inter se dimicantes, et aliæ quamplurimæ fecerunt tanta cõtentione, ac si in eo positæ fuissent omnes utrarũq; fortunæ. Verum hic uos ipsi patres præclare ciuitatem nostram omni ambitionis, ac leuitatis suspitione liberare potestis apud hos, qui nos audiunt, & culpam hanc omnẽ in aduersarios transferre. Nemo uestrum, qui in consilio adestis, non meminit, quomodo ab initio se habeat res, huiusque disceptationis, & causæ uos ipsos nobis esse auctores, uos ipsi inquam (scitis enim) Cremonenses non modo inuitastis auctoritate uestra, ut ad læuissima Papiensium postulata responderent, uerum etiam Senatusconsulto uestro, literisq; Cæsaris nomine cõscriptis ad huius causæ defensionem impulistis. uos ipsi hanc quæstionem constituistis. huius consilij te maxime auctorem fuisse ferunt Iacobe Philippe Sacce, qui huic collegio præes, & iudicio præsides, et à te, ut sapienter cætera, id sapientissime factum credimus, ut tanta controuersia, quæ nullo pacto sopiri potuit, iudicio extingueretur, quod propter eos, qui frequentia sua ornant cõsessum uestrum, dictum uolo. nos non tam libenter, q̃ necessario in hoc certamen descendimus. At uero, ut nos à culpa omni-

no esse seiunctos non tantum uerbis, ac testibus euincamus, uerum etiam re ipsa hac luce clarius ostendamus, ciues mei rectis sensibus euntes mihi mandarunt, re causaq; integra, ut æquissimam conditionē Papiensibus proponerem, quam si sequantur, non recusamus, quo minus secundū eos lis detur. Antiquissima sententia est patres non esse æquum aliquē in contentionem honoris, ac dignitatis uenire cum eo, à quo officijs superari æquissimo animo patitur. Si Papienses uolunt nobis adæquari in pendendis uectigalibus, tantumq;, quantum Cremonenses, Cæsari ac Reipub. pensitare, nec recusant nobis pares esse in extraordinarijs oneribus subeundis, cum duris, formidolosisq; temporibus ex priuatorum pecunijs ærarijs augustij est subueniēdum, pecuniæq; omnibus prouinciæ municipijs, ac colonijs æquabiliter pro cuiusq; censu, ac fortunis imperantur, non ultra pugnamus, nec recusamus eis honore, ac dignitate exæquari. hanc conditionem æquissimam si accipiunt, causa dicta est, magis re q̄ oratione defensa, nec ulterius progrediemur. Quid hæretis Papienses? agite, conficite rem sine controuersia. Quid dissimulatis? Quid tergiuersamini? Quid uos horsum illorsum torquetis? ex æquo, & bono hoc totum iudicium transigi potest, id efficite, & me totum ad uos traducetis, uno uerbo facile potestis, & nos, & uosmetipsos otiosos reddere, atq; occupatissimos

simos

ſimos iudices hac moleſtia liberare, uidete q̃ facili cum aduerſario pugnetis. Accipitis ne conditionẽ. eia uero accerſite, adducite fideiuſſores, prædes date, aut ſponſores, qui nomina faciant, ſtipulemur, re ſtipulemurq́;. conſcribantur conuenta publicis literis, concipiantur uerba decreti ab hoc ſanctiſſimo Senatu. Alterum è duobus honeſte non poteſtis recuſare, aut nos officio anteite, aut impares dignitate nobis cedite. nihil certè tertium eſſe poſſe nemo non uidet. quod quidem animaduertit olim uir acutiſſimus Franc. Taberna rerum extraordinariarum totius prouinciæ diſceptator, qui tibi Gonzaga Ferdinande præclariſſime in aduentu Philippi Hiſpanorum Regis hac ipſa de cauſa turbantibus omnia Papienſibus, ac prope tumultuantibus percunctanti, utri nam anteponendi eſſent, nulla interpoſita ad cogitandum mora, ut uir in iure ciuili ualde exercitatus, ſtatim reſpondiſſe dicitur, eam ciuitatẽ omnino præferendam, quæ magis cenſa eſſet, quæ ue grandiorem pecuniam in ærarium referret, tum ex uectigalibus, qui nerui ſunt imperij, tum ex penſitatione extraordinaria, cum ἐπικεφάλια *prouinciæ imponuntur. In manu ueſtra eſt Papienſes, ſi uos tanta ambitio ſtimulat, adeoq́; honoris ſpecioſa imagine ducimini, uoti compotes fieri, Eia agite paruo negotio principem locum arripite. inuadite nobis ultro concedentibus in dignitatis noſtræ poſſeſſio-*

nem

nem, causa nostra, ut libet, hac cõditione estote reges, uel saltem, quod sæpe iactare soletis, tetrarchæ atq; dynastæ. per nos etiam Mediolanensium ciuitati, à quo uestra temeritas parum abest, uestram urbem regiam anteferte. quid ambigitis? quid cun ctamini? quid agitis? quid fit? amittetis ne socordia uestra talem, ac tantam negotij benegerendi occasionem? huic ne tempori tam commodo, atq; opportuno indormietis? expergiscimini tandem, hic uiri estote. cauete ne uos ulterius progredientes eo temere demittatis, unde postea non liceat regredi. cogitate, atq; impensius consulite, an hæ contentiones sint uobis ex usu. ita res potius inter nos transigatur, quàm demus sermonem, & risum uicinitati. hic terminus esto nostrarum contentionum. Vt uideo iudices, erubescunt aduersarij, reformidantque oblatum ultro a nobis honorem, quem modo nobis inuitis præripere tantopere connitebantur. Intelligo, natura sæpe fit, ut quæ optamus, cum nobis negantur, ea ardẽtius cupiamus, cum uero eadem obuia sunt, atq; oblata, tanquam uilia, ac uulgo patentia despiciamus quadam quasi facietate, ac fastidio affecti. Iam illos piget ambitionis, ac temeritatis. iam moniti agnoscunt, quàm temerarie cõcupierint id, quod si assecuti fuissent, esset potius sibi oneri, q̃ honori. eos tandem pœnitet erroris, suamq; amen tiam, si minus uerbis, saltem re ipsa deprecantur.

uidetis

uidetis eos, quæ negata totis sensibus concupierant, eadem facta eis adipiscendi potestate, ac copia respuere, atq; concessa auersari, aut adeo perturbati sunt, ut utrum præstet non uideant. Atqui ex eorū uultu, nutuq;, & significatione uideor mihi intelligere Papienses causam omnem, quominus propositam sibi conditionem sequantur, conferre uelle in fortunæ, & temporum iniquitatem, & uti inopiæ, & egestatis excusatione, nec cogitant homines parum considerati esse portenti simillimum, ubi cum inopia coniuncta est arrogantia, superbiaq; inuenitur egestati implicata. Capuam Romani sapientissimi uiri ferre non poterant, non tam ob nimias, & formidolosas eius opes, q̃ ob campanorum arrogantiam, qui licet alterius ciuitatis legibus parerent, ei tamen se magistratuum speciosis nominibus adæquare nitebantur, & id propter ueteres Capuam superbiæ domicilium dixerunt. quod quidem in Capuanis magis ferendum erat, ꝙ ea ciuitas tūc adeo opulenta, adeoq; uaria copia rerum referta erat, ut altera Roma haberi posset. cum uero sint opes uestræ tenues admodum, atq; infirmæ, ut uos metipsi pro causa uestra adducere uidemini, quæ est ista arrogātia, et superbia petere uos anteferri illis ciuitatibus, quibus neq; censu, neq; dignitate, aut rerum gestarū gloria, ut postea ostēdemus, uos adæquare potestis,

quæ pro huius imperij dignitate, ac gloria paratam semper pecuniam habent, quam ærario sumministrent, Cæsariq; in summa di ficultate numaria largius subueniant. Credite mihi, opus est quæsito in primis ijs, qui ambitiose uolunt uideri lauti, atque alijs honoris specie, & simulato splendore præferri student. contemnitur inopia, calcatur egestas, sed hũc locum postea suo tempore fortius urgebimus. Decidi patres à maxima spe, in quam iam pridem adductus eram, pactionis, & compositionis, libenterque hoc subodiosum munus, aut potius onus; quod necessario susceperam, ita transacta re honestissima de linatione à me abiecissem. sed ut uideo longè me fefellit opinio, omnis spes ocij à me elapsa est, nihil hercle actum est aduersarijs conditionem à nostris latam recusantibus, mihiq; uideor de spe deiectus quasi decurso spacio à calce ad carceres denuo reuocari. exclusus igitur à portu, & profugio fungar officio meo, ut potero. Verum antequam ad causam ingrediar, non possum nõ iterũ præfari, q̃ inuiti, q̃ nolentes, q̃ ægre nostri ciues in hanc palæstram descenderint, quantauis aduersariorum intemperantia prouocati, uestraq;, ut dixi, auctoritate confirmati, & Cæsaris ipsius imperio adacti, atq; cõpulsi, quod quidem magis dolenter, q̃ inimice citra omnem simultatem faciunt, uix dici posset, q̃ in amicitijs retinendis, conseruandisq;

conseruandisq; firmi, constantesque nostri semper fuerint, neq; ad eas dirimendas omni uento impellantur. Vetus inter Cremonenses, & Papienses intercedit usus, fuitque olim utraque ciuitas plurimis, maximisq; beneficijs ultro, citroq; datis, & acceptis, ut inter sociorum populos decet, coniunctissima, atq; usq; ad hoc tempus inter nos consuetudines, amicitiasq; iungebamus ad priscæ probitatis rationem, & ut beneficia in eos nostra testata declarant, eorum calamitates nunquam duximus à nobis alienas. Omnibus uero officijs amicitiæ à nobis diligēter, sanctéq; seruatis, cum potius beneficijs quā iniurijs eis certandum esset, illi nulla nostra culpa nobiscum inimicitias suscipiunt, dirimūtq; ueterem nostram coniunctionem tot annorum consuetudine cōfirmatam, ac prope cōsecratam nescio qua re inducti, nisi quorundam hominum illius municipij certandi cupidorum leuitate, atq; audacia. non enim ad omnes hæc culpa pertinet, nihilq; harum rerum factum est publico ciuitatis consilio, quinimmo qui apud eos sunt sanæ mentis, moleste ferunt ista ab audacissimis perniciosissimisq; ciuibus suis moueri. Ciues mei nihilominus moderati, & alta quadam mente præditi nolunt omnino quantacunq; eorum temeritate, iniurijsq; lacessiti ab humanitate in agenda causa desciscere, non tam ad laudem indipi-

scendam, quàm ad uitandam uituperationem animati. itaq; me iusserunt moderate, & humane, remissiusq;, quoad res patitur, ac citra simultatem, saluoq; iure nostræ ueteris amicitiæ causam dicere, nec illud municipium alioqui honestum in discrimen uocare, magisq; eorum maledictis respondere, quam eos nostris lacessere. Nouimus sanè multos eius municipij bonos, ac moderatos homines, honestasq; familias, quibus exploratum habemus, ut dixi, hanc inanem, planeq; superuacaneam, ac plenā futilitatis controuersiam summopere displicere. uerum apud illos, ut etiam uitio temporum in plerisq; alijs minutioribus municipijs fit, nunc regnant ciues deterrimi, in principemq; locum in ciuitate inuasēre, atq; omnia possunt, & id quidem hominum genus esse solet plerunq; eiectum, egenum, litigiosum improbum, ingenio malo, prauoq;, qui aut rei suæ, aut negotij inopia ad rei communis gubernacula obrepunt, paulatimq; decuriati, positiq; in aliquo numero ea, quæ sunt municipij communia, domum suam rapaces auertunt in rem suam conuertentes. Istos, ut aliqui uocant, uespillones si quæsieris, omnibus horis in decurionum aula reperias, donec ex egentissimis, & mendicis ad magnas opes perueniant. ab ijs pestibus Papiæ insciente ciuitate mox etiam bonis reclamantibus ciuibus conflatam esse

hanc

hanc seditionem sine mente, sine ratione, atq; consilio comperimus. seditionem dixi. quo enim alio nomine aptius appellem hanc repentem, insolitamq; amborum populorum commotionem, atq; discordiam? cum ambæ ciuitates antea semper fuerint duo sub eodem capite concordissima membra. Sed uidete per Deum immortalem quam mihi difficultatem creet ciuium meorum moderatio, quantum eorum temperantia meam actionem debilitet, dum mihi certos fines, ac terminos præstituunt. lacessunt Papienses nos insolenter, atq; inimice pugnandi cupidi, dum sese intolerantissime sine ratione efferunt, æquum erat nos eos quasi extra ripas redundantes coercere, & eorum superbiam, fastidium, atq; arrogantiam retundere, & par pari, ut aiunt, referre; At nostri placatius, remissiusq; me agere uolunt, idq; à me petunt, summeq; contendunt, ne omnes ad unum Papienses oratione iugulem, sed eos tantum amice coarguam, quorum insania coorta est hæc questio, perinde ac si cum amicissimis agerent, nihil omnino me dicere uolunt extra causam, quod communiter ad eius municipij alioqui honesti ignominiam redundet; quantumuis eorum maledictis prouocati, ut hic non sit mihi tam quærenda copia, quam in dicendo modus, uidetis quam mihi religionem inijciant, quibus me uinculis illigent,

gent, intra quas carcerum angustias currere iubeant, quos inquam mihi cancellos circundent. quinetiam, ut intimos meorum sensus uobis penitus aperiam, iccirco me potissimum ad hoc agendi munus elegerunt, nõ quod in nostra ciuitate non sint quam plurimi, qui eloquentia, ac dicendi facultate me longe antecellant, sed quia animi mei quædam naturalis lenitas, ac moderatio usu eis semper nota, ac spectata fuit, nec quicquàm à me tragicum, atq; præfractum, quod ue non sit moderatissimi, ac pacatissimi sensus, metuere, aut certe expectare possint. Ego equidem non discedam ab officio in tantæ rei dimicatione, enitarq; ne inuisa sit, aut ingrata oratio nostra, mihiq; ita moderabor, ut et ciuibus meis satisfactum sit, & aduersarijs minus doleat, quos extra hanc causam beneuolentia prosequimur. eos satis mihi fuerit ad sanitatem reducere. quòd quidem me effecturum spero, si eos orationis lumine detractis alienis lacinijs, & ambitiosis indumentis, quibus se falso ornant, denudauero, omnibusq; & etiam ipsis, qui, & quales sint palam ostendero. si quod tamen interdum à me in agendo acute dictum parum commodum inconsulte exciderit, quòd non tantum in paucos illos temerarios, qui nobis periculum creant, prolatum uideri possit, sed totum municipium leuiter resperserit, nullo pacto ciuium meorum

rum uoluntati ascribant, neq; mihi tamen fraudi esse uelim, sed inconsiderantiæ meæ, atq; imprudentiæ, aut potius errori attribuant, qui non potuerim omnia circũspectione assequi, & stadium currens interdum nimium, aut dexter, aut sinister offenderim in curriculi septa, atq; in cancellos incurrerim. Quis obsecro est in medicina tam peritus, atq; exercitatus artifex, qui, cum in corpore morboso aliquid est eiusmodi, quod nisi amputetur, uitiosum reliquo corpori noceat, adeo enucleate, adeo ad præscriptũ secet, ut non aliqua parte ad uiuũ penetret sanasq; & integras corporis partes non interdum acie perstringat? nihil proferam acerbum auditu, nihil contumeliose, nihil inimico animo, ut ea ciuitas, quicquid à me dictum fuerit, sine offensione in bonam partem accipere possit, nisi forte alterius ciuitatis cum altera comparatio quippiam per se offenderit. huiusmodi enim collationes cum contentione in aliquorum animis odium generare solent. Alteram quoq; difficultatem priore haud quaquam minorem mihi creat meorum ciuim moderatio, qui super omnia mihi præscripsere, ut de nostræ ciuitatis statu, dignitate scilicet, uirtute, rebus gestis, atq; fortunis, idest de nostra mediocritate uerba faciens modice quidem, timideq; id facerem, atq; omnino pauca dicerem, ne quid ei arrogem, quod nobis inuidiã apud

hanc coronam conflare possit, sed plura relinquerem in auditorum animis, qui utranq; ciuitatem optime norunt, cogitanda, itaq; difficilem quandam temperantiam postulant. Sed quæ ista est tam restricta præfinitio? hæc oratoribus relinqui solent libera, & infinita, ut, ubi opus sit, excurrere, ac spatiari possit oratio. Qui inquã quæso id à me fieri queat, cum oratio tota in utriusq; municipij contentione, ac comparatione uersabitur? potero ne sine sceleris suspitione suis laudibus defraudare eam ciuitatem, quam nemo uestrum patres non nouit splendore ciuiũ honestam, omnibus rebus ornatam, instructam, atq; refertam? potero ne inquàm id faciens non ueteri, ne uos ipsi in aliquam suspitionem inducamini, me ab aduersarijs, pretio aut gratia labefactatum huic causæ appositum fuisse præuaricatorem? Parendum est tamen communi ciuium meorum sententiæ, decurrendumq; per ea spatia, quæ mihi sunt præfinita, utar saltem eo temperamento, ut quicquid protulero, quod in laudem, & commendationem meorum redundet, illud adeo sit clarum, & omnibus notum, ut nullus arrogantiæ, aut iactantiæ locus esse possit. plus tamen innuam, quàm dicam. uestræ sapientiæ tunc erit iudices animis uestris, uestra intelligentia plura comprendere, quam mea oratione explicatum fuerit. quæ autem à me dicentur,

tur, boni consulatis uelim, memineritisq; in omnibus orationis nostræ partibus Cremonenses uestros nulla cupiditate inflammatos, nulla maleuolentia, aut inuidia suffusos in hoc certamẽ descendisse, neq; à nobis aduersarios lacessitos fuisse, sed ab illis negotium nobis nulla causa exhiberi cœptum, tantumq; nos de ornamentis nostris retinendis officio disputare, non studio litigare de augendis. spero hodie uestris æquissimis studijs fretus efficiam, ut luce clarius, sublata omni nube uidere possitis, quàm Papienses, qui tam insolẽter tot reges, tot tetrarchas, & tyrannos iactare solẽt, sint nobis impares, quàm longe sint inferiores. conuincam eos tum re ipsa, quam sub oculis uestris subijciam figamq; in animis, tum locupletissimis argumentis, exploratisq; rationibus, & uetustissimis historijs, idest incorruptis, et integris testibus, parumq; eis proderit, quod compertum habeamus, attulisse in iudicium externi hominis eruditi quidem, atq; diserti, quem multa mercede conduxere, paratam, ac meditatam orationem, cuius præstigijs nos de possessione dignitatis nostræ deijcere sperant. nos autẽ freti uestra æquitate, causæque confisi non adhibuimus peregrinam eloquentiam, sed simplicius agemus nostrate oratione contenti, qua nobis satisfactum erit, si rem in ueritatis lucem protulerimus. Quod futurum haud equidem despero duce ratione, quæ mihi ex bona fi-

de agenti semper præsto erit, & menti meæ clarissimum lumen præferet, quando necessitas, non libido me, meosq; ciues in hanc causam detrusit, cum inducti iam nostra sponte essemus, ut multum de iure nostro decederemus, quo inter nos aliqua concordiæ ratio constitueretur. Vestram iudices uirtutem, iustitiam, fidem, integritatem, hodierna dies ostendet in tam illustri, in tam ab omnibus expectata causa, cum tanta præstantissimorum uirorum frequentia, tanto præclarissimæ prouinciæ concursu, in oculis totius Italiæ agendum sit. Quæ Cremonensibus sit ratio, & causa cum Papiensibus, iam audistis iudices. iam intelligitis à Papiensibus uocari in quæstionem, et controuersiam Cremonensium dignitatem, esseq; contentionem de loco, deq; amplitudine, agi inquam inter utranq; ciuitatem de principatu. Si mihi causa de esset, aut iuri nostro diffiderem, omissis ijs, quæ nobiscum faciunt, poteram ciuitatem meam in gradu dignitatis suæ, ac statu tueri opposita longi temporis possessione, quam usu nostros legitime cepisse facile probare posse, ut agerem prætoris interdicto, VTI POSSIDETIS, contra Papienses, qui nos omnibus uijs conantur inde deturbare. Poteramus luculentissime omnium ætatum, temporum, ac ciuitatum memoria usq; in hanc diem probare nos in perpetua stabili, ac constanti possessione, neq; ui, neq; clã, neq; precario pmansis

se,

se, atq; post Mediolanenses inter prouinciæ legationes nostris legatis primas semper delatas fuisse in publicis sessionibus, tam in omnibus ludis ob publicam lætitiam indictis, quàm in apparatissimis põpis in funere clarissimorum uirorum celebratis. possemus citare huiusce rei testem hanc ipsam ciuitatem uestram, totam prouinciam, omnemq; uicinitatem, cum nulla contrariæ memoriæ queat esse satis explicata recordatio. audebunt ne id contra hiscere aduersarij? non existimo eos ita pudorem, et uerecundiam deposuisse · tametsi, priusquàm me audissent, nisi sint mihi primo litis ingressu, cum uiderent causam suam hærere, nescio quid uoluisse dicere de possessione. nam cum intelligerent nullũ aditum ad se tuẽdum patere, consilium fugæ incertæ, ac periculosæ, ne dicam desperatæ capientes decreuerant uti quodam diuerticulo, si non certo, at saltem nonnullo, ne ultro plane cedere uiderentur. et cum se omni aditu circuncludi conspicerent, ne qua effugere quirent, in hanc quasi cloacam per tubulos sese demittere cogitauerant. Aiebant enim nescio quem recentem rerum scriptorem (Coriarium, si recte memini, nominant) qui Mediolanensium annales conscribit, attestari in exequijs Ioannis Galeacij Vicecomitis Mediolanensium ducis inter ciuitatum legatos, qui ex tota prouincia conuenerant ad comitãdum, honestandumque funus, principem

locum Papienses præ nostris tenuisse. Nunquam ego, ingenue fateor iudices, legeram istos annales, quos meo deinde iussu familiares mei ad me attulerunt. nihil mihi longius fuit, quam exploratum habere, quanta esset scriptoris dignitas, quodùe scriptionis genus, ut deinde iudicare possem, quanta eius dictis fides, et auctoritas deberetur. sumpsi librum in manus. Dij magni horribilem, ac nouam historiarũ cõgeriem. ad primæ paginæ aspectum cohorrui, dum latine saltem scriptam historiam expecto, incido in uerba, quorum usus uulgaris, ut à nutrice loqui ille didicerat, nec ea quidem ualde bona. uisus sum mihi audire hominem loquẽtem ex eorum genere, qui ad nos ex uallis Tellinæ tabernaculis frequentes uenire solent, ut se minuta mercedula nobis locent ad deferenda onera omnibus expositi. pergo, ut possum, ulterius legendo, & uim mihimet ipsi quodammodo affero. dij immortales, quo stomacho, quanta nausea, neq; enim illico peruenire potui ad historiæ locum, quem optabam. quoniam in fronte tam uasti, et immanis libri nullus se mihi index obtulit, qui me eo uia quasi compendiaria perduceret. pene risu mihi disrupta sunt latera, dum animaduerto, qua dignitate, quanta tam rerum, quam uerborum maiestate, scriptor iste impleat omnes numeros, quo ordine omnia digerat, atq; distinguat, quamùe exacte leges historiæ in scriben-

do

do seruarit, quam diligens sit, & semper mirus in describendis epulis, ut fideliter, ac religiose singula fercula semper enumeret, ne unum quidem omittat usq; ad uilissimi iusculi scutellam descendens, ut iam desinamus demirari Simiæ Dodonææ improbitatem Græcis historijs mandatam fuisse. Non potui fateor durare, quousq; ad locum peruenirem. legant, quibus est ferreus stomachus, qui ìe hoc genere eloquentiæ delectantur. Nam quis est iste Coriarius homo nouus, recensq; scriptor, ut eius dictis, aut scriptis opus sit tantum fidei haberi? atqui dicent, scripsit annales · quasi uero omnium annalibus debeatur fides. Quid si illi essent hominis noui, recentisq; scriptoris, quem pleriq; uestram iudices uidisse potuissetis istiusmodi res scribentem? Quid si hominis idiotæ, illiterati, stupidi, omnia peruerse præpostereq; scribentis, sine ulla arte, sine usu, sine legibus, sine rõne, in summa rerũ omnium ignoratione uersantis, usq; eo, ut seipsum quoque ignoraret? Quid si, ut breuiter omnia complectar, essent ANNALES VOLVSI, & quæ sequuntur apud lepidissimum poetam? Ego equidem non plane affirmo Coriarium istum talem esse. uiderint tamen ipsi. aio uero, ea, quæ iste scripsit de illo funere, non ipsum præsentem spectasse, cum nondum esset natus, sed ab alijs audita retulisse, in quibus falli potuit, atq; memoria labi, quod quidem licet suspicari,

si idem iudicium adhibuit in indagandis explorandisq; rebus quibus ipse non interfuit, quod ad easdē scribendas attulit: ponit .n. sæpe poetæ alicuius figmenta pro historia rerū gestarum, eisq; fidem adiungit, ut Veneris aduentum in Italiam cum toto Amorum comitatu, ostenditq; se plane ignorare alias in poemate, alias in historia obseruandas esse leges. Quid? non ne quoq; fieri potuit, ut ea, quæ pertinent ad istas exequias, expiscatus fuerit ab aliquo Papiensi, qui piaculum esse non duxerit aliquid pro patria mentiri? præsertim cum intelligam eam uillam, in qua isti annales confecti fuerunt, non multum disiungi ab agro Papiensi. Si ista religio ualet iudices, ut cum primū quispiam historiam orditur, statim summa fides ei ab omnibus mortalibus debeatur, iam improbi homines, ut quantumuis longi tēporis usucapiones in iudicijs probare posint, pretio, & largitionibus inducent leuissimum quenq; nebulonem, ac sycophantam adscribendum annales, qua illi ueluti religione consecrati summam illico auctoritatem assequantur in dandis testimonijs, quorū fidem sanctā esse oporteat. Quod uero addunt Papienses nostris legatis suos iterum prælatos fuisse in exequijs Francisci Sforciæ II. Mediolanen. ducis, commentitium prorsum est, & plane falsum. nec nobis, si necesse esset, et ad nos spectaret probatio, deessent testes plurimi grauissimi, & integerrimi uiri,

uiri, qui eorum commentum refellere possent, atte-stariq; primas nostris legatis tributas fuisse tam in illius principis pompa, quam in Alfonsi Auali Va stij exequijs, quæ sūmo apparatu, atq; magnificētia celebratæ fuerunt ad omnem ostentationem. Euinceremus item in aduētu Cæsaris habitam fuisse Mediolani dignitatis nostræ rationem, nostrosq; Papiensium legatis honore antecessisse. constat item inter simulacra ciuitatum totius prouinciæ, quæ certo ordine collocari solent in fornicibus ad ipsius prouinciæ ostentandas opes, atq; potentiam extructis magnificentia plusquàm regia, effigiem nostræ ciuitatis prælatam fuisse Papiensi simulacro, ut maior honos haberetur ei ciuitati, cui maxime debebatur. quæ etiam ratio haberi solita est ab imperatoribus ipsis, cum Senatus datur ciuitatum legatis, cui rei contrarium nunquam aduersarij probare poterunt. Nisi iudices ciuitas nostra ius suum quo undiq; circūuallata est, solidum, firmum, atq; in re ipsa infixum haberet, poterat nullo negotio se tueri in dignitatis suæ possessione, petereq; à uobis, ut uestro interdicto interposito, uti posidemus, ita posideremus. Verum cum nobis se ultro offerat uia simplex, lata, aperta, directa, atque perpetua, qua ad nostrum facile peruenire possimus, non est, quod occultas, inusitatas, & minus tritas quasdam semitas, angustas, spinosas, ac tortuosas, exquirere uelimus.

Qui

Qui metuunt, & omnia suspecta habent, ut fugitiuí, & qui decoxerunt creditoribus iudicum sententijs addicti, ne capiantur, dedanturq́;, omnia diuerticula, omnes flexiones indagare solent, omnes quærere solitudines, omnes Mæandros, atque Euripos persequi, ut uisi sunt nunc facere uelle Papienses, quibus omnia in causa desunt, præter frigidas quasdam, & ieiunas calunnias. Iis igitur mirandum in modũ arridet illa subtilis, et exquisita iuris cautio, ac formula, qua licet fundi possessionem usurpare manu surculum uel de uia defringendo, nec considerant, ut quis in firma, ac stabili honoris, & dignitatis, primarumq́; partium possessione esse dicatur, quãto temporis spacio, quoties uè opus sit eum prælatum fuisse illis, quibus dignitate uult præstare. nec magnope distinguunt ius illud, quod corporatum dicitur, ab illo, quod est sine corpore, putantq́; statim uicisse, si uel tenuiter probare queant semel suos legatos ante nostros auditos ab impatore nihil ista animaduertẽtè, & maiorib⁹ negocijs occupato, aut ab imperatoris ipsius statore istarum contentionum ignaro, et fortasse etiam largitionibus corrupto priore loco semel citatos fuisse. etiam rogo si rem furtiuam posciderent contra legem Attiniam, neq; adesset bona fides? etiam si uis, aut dolus interuenisset? etiam si talis possessio esset plane contra leges, & rationi aduersaretur, ut minor maiori antecederet?

tecederet? Non possum adduci, ut credam aduersarios in sententia perstaturos, ut audeant nobiscum possessionis nomine agere, ne continuo tam insignis mendacij turpiter conuincantur. Si alterutri partium in hac causa actio possessionis conuenit, certe nostris non posset negari, qui semper, ut praecellentes honore, et dignitate, praelati fuerunt in omnibus pompis, & publicis sessionibus, si aduersarij sapiũt, non conijcient se in has iuris tam incerti, tam tortuosi, tam multiplicis angustias. Quod si tandem fecerint, ut etiam uera forent, quae ementiuntur, tale esset, ac si quis in uia publica pallium mihi detraxisset, statimq; à me conuentus, & in ius uocatus excipiat se posidere, postuletq; à praetore, ut ex edicto sibi liceat pallium retinere. existimas ne illum praetor tuebitur in istiusmodi possessione? an potius, ut furem, in uincula coniectum supplicio afficiẽdum iudicabit? non est meum aduersario praescribere, quemadmodum in causa ab eo agi uelim. si se tamen Papienses in has difficultates detruserint, cito intelligent, ad quos scopulos res suas appulerint. Nos uero in hac dimicatione, recta, ac certa tendamus uia, & cum aduersarijs, praesertim in tam bona causa, non ex callido, & uersuto iure, sed ex aequo, & bono agamus, dummodo ob id nobis non obstruatur uia, quo minus quoq;, si usus fuerit, quacũq; illi effugerint, possimus persequi. cum praesertim causa a-

gatur apud eos iudices, qui præcisis quibusdam tenuibus, ac superuacaneis controuersiarum, aut potius calumniarum ramusculis queunt quæstionem in re fundatam constituere, et quancunq; uelint, actionem dare. cum uel prætorijs exceptionibus multæ excludi possint actiones. Hi uero, ad quos omnis ferè Cæsaris potestas ab ipso Cæsare translata fuit, aut saltem cum eis communicata, multo maximè possunt reiectis inanibus, ac superuacuis uerborum disceptationibus (spolij actionem uocant) quæ hic nullum usum habent, ad rem quæstionē omnem reuocare. quid est .n. opus circuitione, atq; anfractu potius, quàm directo, cum sine re nulla uerbi uis esse possit, & eos iudices habeamus, quorum studium semper fuit, ut non malint constituere iuris actiones, quàm tollere controuersias? Disquiramus igitur, quæ res efficere possint, ut ciuitates aliæ alijs dignitate præcellant, ut Papiam cum Cremona conferentes uideamus utra sit præstantior. hoc erit omissis crebris quibusdam quasi leuis armaturæ excursionibus, uelitationibusq; rem comminus aggredi, & in arcem causæ inuadere. Quæ ciuitates student alijs excellere, debent aliquā præstantiæ causam afferre, aut uetustatem, aut nobilitatem originis, aut certè maiores opes, aut ciuium ampliorē numerum, aut populi uirtutē, quæ latissime patet, & unde omnium rectè factorum proficiscitur gloria, uel liberta-

tem, uel optimam legum institutionem, hæc .n. septem reperio, propter quæ urbes aliæ alijs præstare possint. De libertate autem nihil mihi magnopere elaborandum, cum utrunq; municipium, aut plane liberum sit, aut pari conditione unius imperio pareat, neq; .n. nos unquàm dicam seruire, cum tam lenis, ac mitis imperij æquissimis legibus obtemperemus. Tametsi reliqua sex arbitror esse perspicua, omnibusq; palam esse, quantum in cunctis Cremonenses emineant, præferendiq; sint Papiensibus, quantum uè ea omnia in nobis sint potiora, nihilo minus mihi dicendum est sigillatim de omnibus, & ordine certo differendum. dabo operam, ut, quo ad res patietur, minimo cum fastidio uestro id fiat. ac de ambarum urbium quidem antiquitate prius, quæ in primis ei ciuitati est necessaria, quæ altera uult præstare. illud.n. municipium habitum fuit à maioribus nostris nobile, quod antiquum. quod quidem non tantum in urbibus, aut oppidis seruatur, sed etiam in plerisq; alijs rebus constans est, ac perpetuum, ut quod antiquius probatur, id potius, meliusq;, ac sanctius esse comprobetur. quamobrem etiam in communi loquendi usu usurpamus, ut cum aliquid nobis carum esse innuere uelimus, nihil eo nobis antiquius, sanctiusùe esse dicamus. magnam profecto uim uetustatis esse, antiquitatisuè, nemo est, qui ignoret, maioremq; auctoritatem, & fidem ueteribus, &

priscis, ut aiũt, uiris haberi nemo ibit inficias. quod quidem religiose semper seruatum fuit apud Lacedæmonios, quorum spectata, & nobilitata uirtus semper fuit. apud nos etiam uidemus non modo tẽpla, ac delubra, uerum etiam sepulcra semper fieri uetustate sanctiora. Quid? nonne homines quoq; seniores semper maiori inter alios eiusdem conditionis, & status honore digni habentur? quod frequentissime Homerus pictor diligens, & naturæ fictor innuit. Ac de municipijs quidem, quod quæstionis nostræ proprium est, cum M. Antonius obijceret C. Octauio ignobilitatem generis, quod pater eius Aricie natus esset, quod, inquit Cicero, iste municipium non contemnit, qui Aricinum tantum despicit nobilitate antiquissimum? Antequam de antiquitate utriusque urbis disseram percunctandum est mihi ab aduersarijs, qui nam sint ipsi, Papienses ne, an Ticinenses esse uelint, aut forte quipiam alij. eadem ne sit Papia, quæ Ticinum, ut plane intelligam quibuscum mihi sit res, & actio constituenda, non enim mihi satis exploratum est, quod uarijs nominibus appelletur, neque rationes, quas illi afferũt pugnantes idem esse Papiam, & Ticinum, ita esse satis firmas arbitror, cũ nullũ huiusce sñiæ locupletẽ auctorem habeant. Qđ si ea diuersa sint, deliberẽt aduersarij utrius municipij dici uelint municipes. si malint esse Papienses, ut ubique gentium nominantur,

tur, uiderint ipsi unde id nomen originem traxerit. ego certe noui nuperum, & recentissimum esse, nec uspiam auditum, lectumúe, nisi post Longobardorũ in Italiam aduentum. Atqui Ticinum reor Papiam esse contendent, quod si eis negauero, æstuabunt scio, nec facile id satis firma auctoritate probare poterunt. Contrarium nos possumus affirmare, cum C. Plinius scribat Ticinum conditum fuisse non procul à Pado. quasi homo Italus, & idem Transpadanus ignoraret Ticinum oppidum uicinius esse Ticino tam nobili fluuio, quàm Pado. Stephanus item Græcus scriptor idem oppidum ponit apud Rauennam, quæ non multum ab est à Pado. dicant isti quàm propinqua sit Rauennæ sua ciuitas, quam Ticinum esse pugnant, an prope Rauennam recte dici possit, à qua distare cõstat CL. millia passuum. dicant etiam unde illæ immortales inimicitiæ, quas cum Rauennatibus gerunt. ipsi me nutu intelligunt. Sed liberaliter agamus cum aduersarijs; illisq; assentiamur dantes ultro, quod contendentes minime obtinere possent, fateamurq; Papiam Ticinum esse. dicant tamen quando Ticinum Papia est uocari de sita. adhuc non erit mihi probatu difficile nos multo antiquiores esse Ticinensibus, plurimosq; annos ante fuisse Cremonam, quàm Ticinum, quod quidẽ euincere possum plurimis, integerrimisq; testibus, qui sine odio, & inuidia rem, sicut est, enarrabunt,

neque

neque ullus subornationi locus esse apud eos possit. omnis enim nostra oratio in hac parte ex historia, quæ est uetustatis nuntia, emanabit tanquam ex augusto fonte. nec in medium adducam, quæ memoria, aut testimonio alicuius incerti auctoris recentis, atq; idiotæ, qui suspectus esse posit, sint introducta, sed ea tantum, quæ uetustissimorum annalium literis, & clarissimis scriptorum monimentis testata sunt, ac testificatione sempiterna cõsignata. Multa mihi ideo prætereunda, quæ de incunabulis urbis nostræ afferri possent memoriæ prodita à scriptoribus nonnullis. Pauca tantum dicam, & ea sanè pernecessaria, ne hic uidear nimis ambitiose obruere uelle aduersarios antiquitatis testimonijs. Non igitur contendam urbem nostram ab Hercule, quod multi affirmant, conditam, neq; eam à Troianis initium habuisse, aduersarijsq; condono illum nescio quem Cremonem, quem scriptum repperi nomen Cremonæ de suo nomine indidisse. remitto etiam illis Brenonem illum, quem aiunt Pallantis socium temporibus Delboræ apud Hebræorum gentem iudicis, ac disceptatoris controuersiarum eius gentis instituti urbem nostram condidisse primumq; Breniam de suo nomine appellasse, quæ mox paucarum literarum mutatione ita ferente usu, dicta sit Cremona. neq; multum elaboro eam, ut scriptum quidam reliquere, quondam ab Hercule liberatam

fuisse gigantum latrocinio, qui aliquando cum ijs locis insedissent, oẽm eam orã infestabant. hæc omnia aduersarijs condonata uolo, nisi forte ipsi, cum de sui municipij origine agent, fabulis, & somnijs inniti uoluerint monstra, & portenta narrantes, & Papiam temporibus Assueri Persarum regis à Senonibus fuisse conditam, ut aiunt. nescio quem nullius auctoritatis scriptorem Stephanardum somniasse, quæ tota sunt commentitia, & nullis annalibus suffulta, ne eos ego quoque ad Delboræ Hebræi, de quo paulo ante, tẽpora multo antiquiora reuocem. Si iudices de prima origine urbis nostræ agimus, est adeo uetusta, ut plane ignoretur, quando primum cœperit, superetq; omnem uetustatis memoriam. cinctam uero fossa, ac muro, propugnaculisq;, & munitiorem redditam à Romanis comperio clarissimis nobilium scriptorum monimentis, testimonijsq; incorruptis ante bellum Punicum, ut esset, quemadmodum ait Cornelius Tacitus, propugnaculum contra Gallos trans Padum agentes, & si qua alia uis per alpes irrueret. Ingruente igitur in Italiam Annibale T. Sempronio, & P. Cornelio Consś. à Romanis, ut ait post Polybium T. Liuius grauis auctor, Cremona circundata muris fuit simul cum Placentia, & utræq; deductæ coloniæ, singulisq; decreta sex milia hominum, qui utriq; municipio præsidio essent. Hic fœde lapsus est Cornelius ipse alioqui

luculentus

luculentus, & grauis historiarum scriptor, quod tūc conditam à Romanis Cremonam arbitratus sit, cum cincta muris fuit, & deducta colonia, atq; in hac re profecto maior fides habenda Polybio, qui græce historiam Romanam conscripsit, non modo, quod antiquior, sed quod etiam diligentia nemine historiarum scriptore habeatur inferior. Is enim, cum iam decretæ prouinciæ consulibus, quos memoraui, sortitusq; esset Cornelius Hispaniam, T. Sempronius Africam cum Sicilia, omni inquit, studio ad perficiendas colonias incumbunt, quas circa Padū in Gallia inchoauerant, iam ædificata erant oppida. iussi sunt oppidani, ut intra triginta dierum spatium conuenirent, decreta singulis colonijs sex milia hominum. his uerbis liquet agi hic tantum de oppidorum munitione, quæ iam erant condita, & aliqua incolarum frequentia habitata, cum inquit oppidanos iussos esse intra triginta dies in oppida conuenire. fefellit Tacitum, quod Polybius ait in eo loco omnem operam Romanos nauasse per eos dies perficiundis colonijs, quas cœperant. quasi uero ibi nulla essent ædificia, antequam coloniæ ducerentur, sed locum omnino uacuum muro cingerent, cum potius Romanorum consuetudo fuerit, ut quæ oppida infrequentia nacti essent, eo colonias deducerent, ut Albam, Veliuras, Signiam, Circeos, Norbam, Lauicum, Cales, Fregellas, Lucceriam, Suessam,

Minturnas,

Minturnas, Pontiam, Casinum, Soram, Carseolos, Narniam, & complures alias, ex quibus pleræq; fuerunt ante conditam Romam ipsam. Quinetiam quamuis non licebat in id municipium, quo semel colonia ducta fuisset, iterum deducere prima florente, atq; incolumi, tamen deficiente incolarum numero tum bello, tum pestilentia, aut aliqua alia ui supple to saluis auspicijs reduci poterat, ac renouari, quod quidem Cremonæ contigit, et Placētiæ, nanq; post primo colonias deductas L. Scipione, & C. Lælio Coss. querentibus Cremonensium, & Placentinorum Legatis in Senatu colonorum inopiam alijs belli casibus, alijs pestilentia absumptis, ut idem refert Liuius, quosdam etiam tædio accolarum Gallorum reliquisse colonias, decreuit Senatus, uti C. Lælius Consul sex milia familiarum cōscriberet, quæ in eas colonias diuiderentur, & ut L. Aurunculeius prætor triumuiros crearet ad eos deducendos. creati M. Acilius, L. Valerius P. filius, L. Valerius C. filius Tappo. Quo fit, ut illa Cornelij annorum supputatio de urbis Cremonæ origine falsa cōuincatur, quod clarissime Asconius Pedianus haud obscurus auctor admonet Cremonam asserens priusquam à Romanis ducta esset colonia, conditam fuisse à Gallis, qui ea loca occupauerant. id sane nemo diligens historiarū existimator ibit inficias. sed esto reiectis Polybio, Liuioq; incorruptissimis testibus, præteri-

toq; Asconio, soli Cornelio credatur, plurimosque annos ab antiquitate originis nostræ urbis detrabamus, quos papiensibus agentes cum eis liberaliter condonemus · condita sane fuerit Cremona tunc, cum P. Sempronio, & T. Cornelio Conss. primum deducta fuit colonia, non poterunt tamen negare fuisse Cremonã, anteq̃ Annibal cũ Poenorũ exercitu in Italiã descẽdit, cum nondũ neq; Papiæ neq; Ticini oppidi nomen usquam terrarum audiretur · interea uero apud eosdẽ scriptores præter id, quod modo dictum fuit de origine urbis, in eodem bello Punico reperitur Cremonensis nominis frequens mentio, ut apud eundem Liuium, cum Romani occupati bello Macedonico, Insubresq; omnes, Cenomani, & Boij excitis selinibus, & Iluatibus, cæterisq; populis Ligustinis Amilcare duce Placẽtiam inuasere, captamq;, et direptam incendere, Cremonam deinde magno malo suo, ut postea suo loco dicetur, repulsi frustra tentarunt, sexcẽtisq; alijs in locis eiusdem belli Punici temporibus apud eundem Liuium, cæterosque scriptores populi Cremonensis mentionem reperias. Cum uero de Ticino oppido in eorundem scriptorum annalibus illis temporibus, ne uerbum quidem, sitq; tum apud eos tam mirum de illo silentium, tum apud cæteros omnes tam infrequens mentio, audacter dico, & magna uoce dico oppidum uestrum Papienses, seu Papiam, seu Ticinum

einum malitis, illis temporibus nondum uspiam gentium fuisse, cum id sit quoq; , non, ut multa alia oppida, deuium, aut semotum, sed loco ualde opportunum, fieriq; non potuerit, quin utriq; exercitui, Romano, ac Poeno contigerit sæpius per agrum ue strum saltem iter facere. non tacuisset proculdubio T. Liuius nomen insignis admodum municipij, ubi scribit Romanos Ticinum amnem ponte iunxisse, ibiq; castellum imposuisse, cũ idem uel Tumulos uicum ignobilem, atq; obscurum nominet. Item cum Scipio accepisset cladem illam nobilem Ticinensem, narrat idem auctor eum traiecto Pado exercitum deduxisse, cum ualde opportunum Romanis fuisset in oppidum Ticinum, si tunc fuisset conditum, se recipere. quo ita tacite transito in tanta exercitus Romani trepidatione, tantaq; rerum turbatione, ac necessitate, quis poterit adduci, ut credat illud oppidum tunc extare? indicate uos per Deum, quo in loco Liuius ipse in tanta historiarum congerie illis temporibus de uobis, deq; uestro municipio uerbum ullum proferat. docete apud quos alios rerum scriptores memoriam uestri nominis reperire queam, cum nominis Cremonensis fama perceleberrima sit ubiq; dissipata, toties consignata, ac consecrata apud Polybium, C. Cæsarem, Liuium in ea quoq; parte historiæ, quæ nuper repta fuit, Plutarchum, Cornelium Tacitum, Velleium Paterculum, Asconiũ,

& alios multos: quorum non modo annalium literis, ac monimentis memoriæ proditi sumus, sed etiam nobilium, & antiquorum poetarum uoce laudati. Hi sunt nostri Stephanardi, aut Coriarij, ut post hac de antiquitate, nisi plane nihil scitis, ac sentitis, nobiscum contendere desinatis, nisi etiam forte locupletiores auctores, magisque incorruptos testes, qui magis sine odio, & inuidia loquantur, expectetis, idest nisi plane desipiatis, cum res ipsa loquatur nobis tacentibus, neq; ullus tergiuersandi locus uobis relinquatur. Agite uero antiquitate uicti contendite de originis nobilitate, deq; utriusq; municipij conditoribus disseramus, uideamusq; utrum illustriora habuerit initia. Magnus ille, & diuinus auctor princeps ingenij, & doctrinæ Plato in libro, qui Menexenus inscribitur, inducit Socratem laudantem Athenienſium ciuitatem, quod maiorum origo haud peregrina fuerit. hanc laudem ciuitas uestra minime est cõsecuta, cum si quid C. Plinio haud ignobili auctori credimus, Ticinum oppidum conditum fuerit à Leuijs, & Maricis barbaris, atq; subalpinis populis, quorum apud scriptores omnes infrequens mentio. Cremona uero ciuitas peruetus optimis conditoribus diuinitus constituta fuit, ut uobis mō assentiamus, gratificemurq; tunc primũ conditã fuisse, cum deducta fuit colonia, mirabilis deinde eius fuit progresſio, et ad oẽm excellentiam, ut post

ea

ea demonstrabo, incredibilis cursus factus. non à Liguribus, Gallisuè, aut barbaris quibusuis posita est. sed à populo rerum omnium domino, atq; omnium regum, omnium nationum, gentiumq; uictore initium habuit. Dicam enim bonafide rem sicuti est, explicaboq; incunabula urbis nostræ, ac plana faciam, ut rerum nemo diligens indagator non ita esse fateatur, neq; non nobiscum sentiat. In illo pulcherrimo, ac feracissimo tractu oræ mediterraneæ, quam Cenomani habitarunt inter Padum, & Olliũ flumina propter ubertatem agrorum, soliq; bonitatem, pro comperto habemus plurimos incolas, qui sparsim in locis circunuicinis habitabant, uicos & tabernacula posuisse, adeoq; ibi ædificia increbruisse, ut iam speciem, & amplitudinem urbis præberent intuentibus. ut principio dici posit potius nata, quam à quoquã urbs condita, ut modo de Athenis dicebamus, nondum murorum munitione septa erat, sed tenui fossa, exiguoq; aggere pro uallo se incolæ tuebantur aduersus ferarum, latronumq; incursus. Romani deinde sub aduentu Annibalis primo coloniam duxere, murisq; firmissimis cinxerunt. Hinc tanta accessio municipio facta est, ut breui tempore, ut ait Tacitus, colonorum numero, opportunitate fluminum, ubertate agrorum, nexu, connubijsq; finitimorum populorum mirum in modum adoleuerit, florueritq;, bellis externis diu intacta,

ciuilibus obnoxia, sempq; deiceps Cremonẽses offō ac fide singulari esse se Romani seminis, ac generis bolem comprobarunt, eligentes potius omnia extrema pati, quam tantillum à Romanorum Imperio dissentire, ut par erat ciuitatem, quæ non tantum amicitia, ac societate Romanis coniuncta esset, sed etiam cognatione, potiusq; eadem cum populo Ro. dignosceretur. omnium enim coloniarum, quæ à Romanis deductæ erant, hæc erat Lex, ut colonis ager uiritim diuideretur, illi uero stipendia, & milites ex censu darent, & pari iure cum populo Ro. in ferendis suffragijs Romæ citarentur. id nemo in dubium uocabit, qui ueteres annales diligenter perspexerit. Omnia ego hic si populi Cremonensis fortiter gesta, in quibus enituit eius coloniæ fides, & uirtus in auctores, maioresq; suos, à quibus originem traxere, commemorare uoluero, neq; mihi tempus suppetet, neq; latera sufficient. Sed ea potius mihi tunc recensenda erunt, cum de populi nostri uirtute, officio, ac fide suo loco dicetur. satis nunc fuerit probasse Cremonam esse populi Ro. Coloniam iterum deductam. Quod quidem omnibus exploratum esse debet tum tantorum auctorum testificatione, tum hoc argumẽto, quod maiores nostri in fide semper perstiterunt erga populum Ro. cuius sanguis erant, & propago, neq; unquam detrectarunt munera militiæ ad Senatus, populiq; Romani

pre

præscriptum obedientes. ut autem omnia huius rei desint argumenta, cessentq́; rationes omnes, & testimonia scriptorum omnium, res ipsa per se liquet ijs, qui omnino in ciuitate nostra non peregrinantur, cùm usq; in præsentē diem audiant multarum, non dicam omnium, familiarum Cremonensium nomina cum Romanis, Latinisuè familijs conuenire, & intelligant easdem omnino esse, quæ in prima, et secunda coloniæ deductione Roma ad nos profectæ sunt, nomenq́; adhuc retinent. nollem esse multus in eis omnibus numerandis. ueruntamen, quoniam originis nostræ à Romanis deductæ hinc indubitata uestigia, indicia certissima, et argumenta colligi possunt, allego uos ad ea, quæ nuprime de hac re scripsit Ciuis noster eruditissimus. collegit .n. supra sexcentas familias ciuitatis nostræ, quas Romanas fuisse nemo inficias ire potest, cum aliquæ sint omnino eædem, nomenq́; integrum adhuc retineant, aliquæ propter linguæ latinæ interitum, tantamq́; immutationem corrupte quidem enunciantur paucarum literarum uel fuga, uel obreptione mutationeuè præpostera, aut inuersione, attamen eædem esse, quæ Romanæ fuerint, agnosci possint. multos etiam uicos agri nostri scriptor diligentissimus enumurat, qui à familijs Romanis nomen duxerunt. Quid? quod etiam circa pondera, & mensuras nulla est in Italia ciuitas, cuius ratio ijs quoque temporibus magis

gis conueniat cum Romanorum ratione. Iam satis planum fecimus Cremonenses Papiensibus præferendos tam antiquitate, quàm nobilitate originis, quæ duo satis esse possent, si aduersarij mentis essent suæ, nisiq; essent insigniter impudentes, ut ab hac contentione sua sponte discederent. quæ cum sint manifesta, non urgebo diutius hunc locum. dicant isti, si possunt, quàm frequens sit in ueterum annalibus sui municipij mentio, à quibusuè conditum fuerit. si alios conditores, quàm quos C. Plinium referre dixi, commenti fuerint, tota eorum res erit nugatoria. Iam intelligitis Papienses his duabus rebus stabilitis totam causam uestram concidisse, neq; uerbum ullum mihi potestis respondere in re tam perspicua, & ab omnibus explorata. Agite uero cæteris in rebus, quas proposui, quanta sit præ illorum municipio ciuitatis nostræ præstantia. Etenim iudices contendo nos, non in aliquibus tantum excellere, atq; Papiensibus anteferri oportere, ita ut in aliquibus superati cedamus, ut de pictoribus loquentes Zeusim longe cæteris præstantiorem in mulieris corpore pingendo affirmarunt, in alio uero picturæ genere ab aliquibus anteiri, sed omnibus in rebus à Cremona Papiam antecelli euincam. Igitur inter ea, quæ ciuitates alias alijs præstantiores reddere solent, in primis reperio per se id facere posse ciuium ipsorum numerum, atque frequentiam.

nihil

nihil .n. ciuitatem esse conuenit, quam quandam hominum consociationem, & communitatem eodem iure utentium · sparsim prius in agris homines habitabant. ut uero aduersus ferarum, aliorumq; hominum uim uirium, opumq; communione tutiores essent, cœperunt congregati simul habitare, quæ concilia, conuenticulauè, aut cœtus à principio iure sociatos ciuitates appellarunt, ciuesq; dicti qui, coniunctione, & societate eiusmodi concilia facerent · cum igitur numerus ciuium sit radix omnis, et fundamentum statusq; ipse ciuitatum, sine quo neq; esse, neq; consistere possunt, sicuti sine aquarũ collectione flumina esse nequeunt, quo maior numerus ciuium conuenit, eo maiorem ampliorem q; & præstantiorem ciuitatem esse necesse sit, qđ in fluminibus, ut in eadem similitudine perstemus, clarius uidemus, quæ maiore copia aquarum nobiliora semper fiunt, quod nemo est tam auersus à uero, tam præceps, ac mente captus, qui non uideat. Mihi in animo est hanc orationis partem leuiter pstringere, quoniam de re illustri, & omnibus plane nota loquor, neq; eget re condita quadam ratione, neq; aduersarios eo demẽtiæ processisse arbitror, ut uelint solitudinem cum frequentia conferre. dicam tamen nonnulla propter circunstantes, quorum aliqui fortasse, ut peregrini nullam utriusq; ciuitatis notitiam habent. Si antiquissimum quodq; tempus spectandũ, compio nullam à

principio Cremonensis nominis ætatem fuisse, quo nostra ciuitas non fuerit iam tum frequentissima. qđ quidem nemini dubium erit, ꝗ meminerit testatum esse, ac cõsignatum annalium monimentis, cum primum à Romanis septa fuit muro ab eisdem eo fuisse statim missa tria milia familiarum, quæ primis loci incolis, & ĩdigenis adiecta possent iustum numerum amplissimæ ciuitatis efficere. etsi quando bellis pro impio Ro. susceptis exhausta fuit, atq; attrita, statim semper à populo Ro. suppletus est iustus ciuium numerus. prope est incredibile, ꝗ breui ea ciuitas multis, & magnis cladibus receptis post casus semp resurgere potuerit, creueritque deinde in magnam multitudinem. Tẽpestate Annibalis Pœni cum nusquàm terrarum essent Papienses, nondumq; auditũ esset usquàm gentium Papiæ, aut Ticini oppidi nomen, in eam magnitudinem iam creuerat Cremona, ut exercitus Gallicani uim, atq; obsidionem multorum dierum Hasdrubale Carthaginiensi duce sustinere potuerit. ut uero conijcere possimus quanto hostium numero oppugnata fuerit, tradit Liuius eruptione à nostris facta, ingruentibus auxiliarijs Romanorum copijs urbem obsidione liberatam, Gallorumq; exercitum cæso Pœno duce profligatum, cæsa, captauè supra quinq;, & triginta Gallorum millia. Apertissimè Strabo summæ auctoritatis scriptor testatur Cremonam frequentissimã fuisse, eamq;

&

& Placentiam circum Padum celeberrimas ciuitates uocat, cum idem uix nudum nomen Ticini oppidi proferat. sequenti uero ætate post ann. 286. ex quo deducta fuit primum à Romanis colonia, q̃ celebre fuerit eius urbis nomen, si quis scire uelit, refert Cornelius Tacitus orto ciuili bello temporibus Vitellianis, cum Vespasianus iam imperio aspiraret, Cremonam, dum Vitellio imperatori fidem, quam dederat, p̃stare nititur, à Vespasiani militibus Antonio duce igni, ferro, manu, copijs oppugnatam demum captam, atq; combustam, eoq́; irrupisse 40. armatorum millia, amplioremq́; fuisse calonum, & lixarum numerum, qui ibi erant. refert etiam obiter idem historiarum scriptor tunc eodem magnam italiæ partem cõuenisse stato forte in eosdem dies mercatu, fuisseq́; iam tunc tanti nominis amplissimam coloniam, ut ea capta, sectaq́; ab hostibus tota Italia consenserit, ne quis p̃dam à militibus coemeret, quod quidem causa fuit, ut & rarus inuentus fuerit sector, & p̃dandi modus fieret, milites q́; abeuntes inutilem p̃dam relinquerẽt uoci p̃conis frustra subiectam. Edixit quoq; deinde ipse Antonius urbis magnificentia inductus, ad id etiam hortante Vespasiano iam rerum potito, ut captiui dimitterentur, fora, & templa, quæ regiæ urbis speciem præ se ferebant, restituerẽtur, reædificata mox theatra, aliaq́; publica ædificia reposita, ut breui ubertate agri, op-

portunitate fluminum; colonorũ numero, nexu, con nubijsq́; finitimarum gentium, totiusq́; Italiæ commercio in priſtinum ſtatum, fortunamq́; reddita fuerit. Taceo quantum iam tum ex duobus p̃lijs in agro noſtro apud Bebriacum commiſsis conijci liceat de numero, ac multitudine populi Cremonenſis, cum ſemper alter exercitus opibus, ac copijs magna ex parte eius ciuitatis conflatus fuerit. Mitto quanti momenti fuerit Cremona alteri partium, cui fauebat in bello ciuili, q̃d Cæſar contra Pompeium geſſit. mortuo quoq; Cæſare in alio bello ciuili inter Auguſtum, & Brutum, Caſsiumq́;, quæ rerum ſcriptores luculentiſsime proſecuti ſunt, cum interim de ueſtris hominibus mirum apud omnes ſilentium. Sed id olim fuerit, quod uobis totum remitto. At uero ſi forte placet magis p̃ſentem fortunam ſpectari, numerumq́;, & frequentiam colonorum utriuſq; municipij, qui nunc ſunt, & adhuc uiuunt, inter nos conferri, non detrectabimus certamen. uix adducor, ut credam uos ita deſipere, ita nihil ſentire, ut ultro in hanc palæſtram deſcendatis, quo ueſtra impudentia ab omnibus mortalibus cognoſcatur. nam etiam ſine mea oratione res ipſa uobis reſpondere poſſit. Nihil igitur comparandi cauſa dicam, ne uobis plane ſim ridiculus iudices, qui utriuſq; ciuitatis nõ modo templa, & fora, & uias publicas inſpexiſtis, ſed etiam agros ſæpius, et uicos pagraſtis, ueſtriſque in

animis

animis insedit facies urbis utriusq;. cum mihi municipium uestrum Papiēses aliquo suscepto itinere ꝑtranseundum est, primo ingressu (dij boni) qui me semper perfundit horror præ mira solitudine? nihil infrequentius, nihil, pro diuum atq; hominū fidem, relictius, nihil desertius, magisuè solitarium, ut ipsius solitudinis, aut uastitatis domus esse uideatur. semiclusæ tabernæ ferè omnes, uacuæ apothecæ, frigent mercatorum, publicanorūq; tabernacula, squalent omnia. A porta ad forum semꝑ ꝑuenio, anteq̄ duos ad summum tris obuios habeam, & illos quidē squalidos tanq̄ diuturna fame confectos, & male uestitos seruorum quasi habitu sordidatos. & in ipso quoq; foro solitudo. Si Papiæ adimas nobiles adolescentes, qui ibi commorantur non animi causa, sed ut se uarijs doctrinis propter magistrorum conductorum copiam excolant, nullum neq; in montibus oppidum infrequentius reperias. Non dico id uobis insultandi gratia, sed magis pro societate, ac uicinitate nostra uicem uestram doleo, neq; uos omnino cōtemnimus, quos, dum in calamitate tabescitis, eadem fortuna ferè semꝑ afflictos exercet, ut fieri solet in terris, in quibus bellum acerbum, & diuturnū uersatum fuit. Atq; hic equidem Papienses haud ego fortunam uobis aduersam obijcio, sed ignauiam potius, atq; inertiam insector. quippe omnibus huius ditionis urbibus, omnibus municipijs, colonijs, et

ꝑfecturis,

pfecturis, uicis quoq;, & pagis cõmune fuit bellum, totaq; Italia ꝑuagatum est · omnia tamen alia municipia, & loca non tantum propter soli ubertatem, uerum etiam propter hominũ industriam, legumq; optimam institutionem, & morum sanctitatem in pristinam fortunam restituta sunt. cui rei argumento esse potest, quod iam pridem cæterorum oppidorum arua ubiq; cultissima spectamus restituta celebritate, & frequentia uirorum, ac mulierum. in agris autem uestris, dij immortales, quæ uastitas? quæ solitudo? q̃ deserta, inculta, atq; relicta omnia? Quæ inquam Barbaria uastior, quæ horridior solitudo? Illac iter habens tanq̃ per deserta Libyæ iturus, nisi ducem mercede conductum tecum habeas, nuspiam reperias, qui tibi erranti, hæsitantiuè iter commonstret. Contra uero si ad nostra respicias, timide ingredior iudices loqui de frequentia nostræ ciuitatis, de populi Cremonensis magnitudine, deq; urbis honestissimæ amplitudine, & celebritate · scio.n. quid uis cuiuis florentissimæ ciuitati facile posse contingere. Deus optime Maxime hominum ipsorum sator, cuius nutu, atq; impio sola terrarum firmantur, positæ sunt urbes, atq; à principio institutæ ciuitates, serua diu quæso hunc populum incolumem, atq; florentem ad utilitatem huius sacrosancti imperij, cui Cremonensis ciuitas integram, illibatamq; fidem semper ꝑstitit, opesq; suas, & copias semꝑ prõptas

babuit.

habuit. Tuq; unici filii à deo inenarrabili partu æternum geniti, à te solo afflatu diuino haud fabulose cõcepti magna parens, eadẽq; uirgo, cœli regina, mundi uniuersi domina, hominum generis tua precatione, ac conciliatu sospitatrix, q̃ semper post deum est uenerata, ueneraturq; quotidie nostra ciuitas cultu præcipuo posito amplissimo in optima urbis parte templo affabre, lauteq; structo. Et uos cœlestes animi principio rerum à deo creati, Diuiq; omnes cœlites, quos uirtus, pietasq;, & merita præclara accedente propensa in uos dei beneuolentia, ac liberalitate ex hominibus in cœlum euocarunt, adeste pientissimo populo, & qua plurimum polletis apud deum gratia, eum sedulo iuuate. Pestilentiam saltẽ, & barbararum nationum uim, bellaq; auertite, uariasq; cœli iniurias longe à ciuibus probibete. ipsi à nobis industria nostra, ac nauitate famem propulsabimus, nostroq; labore procul arcebimus egestatem. ualeant ciues, sint incolumes, sint florentes, sit illa ciuitas, quæ principibus ciuitatibus, ut æquum est, semper ultro cessit, æquales libenter tulit, cum inferioribus non arrogantibus se exæquari passa est non inuita. Incredibilem in modum iudices nunc frequens, ac celebris est nostra ciuitas, non in foro, publicisuè locis tantum, uerum etiam omnibus uiis, uicisq;, & angiportis ubiq; maximi uirorum, & mulierum cõuentus, puerorum præsertim ultro citroq; discurrentium,

discurrentium, tantaq; passim copia, uis, & numerus, ac multitudo ciuium omnium generum, oĩum ætatum, atq; omnium ordinum, uiri, ac mulieres omnis fortunæ, & loci, ut continenter tota die ꝑpetuum quasi agmen huc illuc procedere putes, magnamque credas Italiæ partem ad mercatum effusam huc conuenisse. uidere est quotidie plenum, & refertum forum, repleta omnia templa, tabernas opificum, & apothecas frequentissimas, omnes gradus basilicarum ab omni ciuium ordine compleri. Taceo cum septima quaq; die ex oppidis uicinis, uicisq; ac pagis in agro nostro dispositis ad statum mercatum conuenitur, qui concursus, quæ effusiones ex omnibus agris fiant. non si ipsa se Papia conuulsa sedibus suis, conflataq; tota in homines transmutet, poterit minimæ parti tantæ celebritatis respondere. ꝗ eritq; nihilominus præ tanta frequentia mira solitudo. Mitto istos mercatus, ac nundinas. omnes dies hic putes quasi diuorum immortalium festos, atque solennes celebrari. Nondum de selectis nobilissimorum ac principum ciuium conciliis, ac conuentibus, quas sodalitates uocant, mihi instituitur sermo. reseruo hanc orationem ad illum locum, cum de ciuium nostrorum humanitate, atq; hospitalitate uerba faciam. id autem nunc affirmo, & audacter dico, nullam urbem in Italia pro captu esse frequentiorem, ac magis celebrem, non .n. uos latet iudices

Cremonam

Cremonam non esse mœnium ambitu, admodum spatiosam, sed potius ciuium numero, q̃ murorum circuitu amplam. & ne diutius uos morer, præsenti ætate post concursum tantarum calamitatum post tot acerba, & diuturna bella toties uariante fortuna, benignitate Dei opt. max. Cremonensis populus censetur adhuc supra XL. millia ciuium. Quam uero frequens hominum quoq; sit ager noster, ex agrorum ipsorum cultura quiuis facile iudicare possit. Tu in primis tamen Gonzaga Ferdinande huius rei optimus arbiter esse potes, cui sæpissime contingit Cremonam diuerti. Memini equidem olim cum te à nobis abeuntem Mantuam uersus aliquot stadia prosecutus fuissent, mihi cum admiratione quadam dixisse, uideri tibi agrum Cremonensem totũ ubiq; quasi perpetuum suburbium, & id quidem cum ob cultionem, tum ob hominum frequentiam, admirabaris mecum tot uicos, tot pagos, castella quoq;, & tam frequentes uillas, domos, ac tabernacula, cum uideres incredibilem hominum uim, ac copiam ubiq; obuiam, fieriq; ad te undiq; mirificos concursus plenis uiis, maxima uociferatione, atq; applausu, nec poteras satis admirari tantas hominum ex uillis, atq; ex omnibus uicis effusiones, meminiq; me tunc tibi hac occasione dixisse, hac ratione intelligere, quod in sacris Hebræorum literis incredibile, & quasi fabulosum uidetur, Niniuen ciuitatem apud Assyrios tan

tæ longitudinis describi, ut uix trium dierum itinere queat pertransiri, fuisse inquàm in eo tractu tam frequentes domos, & pastorum tabernacula, agrũ-que, ita habitatum, ut speciem ubiq; cuiusdam magnæ urbis præberet. Iam uero dimissa tandem de frequentia disputatione, ordo earum rerum, de quibus mihi disserendum in comparatione initio actionis proposueram, interpellat, ut de censu, atq; opibus, & fortunis utriusq; ciuitatis disputare ingrediar, facultatesq́; amborum populorum inuicem conferam. Video hic patres uestrum aliquos frontem contraxisse, quasi de re minime necessaria, ac per se illustri me loqui uelle non admirentur modo, sed etiam stomachentur, quasi uelim conferre egestatẽ, inopiamq́; omnium rerum cum copia, ac saturitate. Oratio nostra (fateor) huc in uita prolapsa est, quando etiam ciues mei hanc partem aut omnino relinquendam, aut pudenter admodum, et leuissime tangendam monuerunt re magis, & sua facultate freti, quam oratoris copia, ne unde nobis inuidia conflari possit, uideremur de fortunæ beneficiis intoleranter gloriari, & inde ciuitati nostræ commendationem eam ducere, quæ possit esse etiam sine uirtute, cum maiores nostri illam solam cõmendationem, & laudem appetendam esse semper duxerint, quæ esset ad gloriam. dicam tamen patres libere, quod hac de re sentio. licet semper sanctitate disciplinæ orna-
mentа

menta patriæ in uirtute, & industria posita habuerimus, attamen etiam fortunæ benignitatem non aspernamur, gaudemusq́; aliquam fortunam consecutam fouisse ingenii, ac uirtutis nostrorum hominum ꝓstantiam. nec diuitias omnino contemnimus, quas etiam ab antiquissimis Romanorum sapientibus uiris bona dictas fuisse comperimus, cum boni in abundantia diuitiarum possint esse meliores, quod opes ipsæ uirtutis exercendæ largam, opportunamq́; materiam ꝑbeant, plurimisq́; gratificandi facultatem. neq; ullo pacto rei familiaris amplificationem paruipendendam esse duco, modo opes nostræ non tantum nemini noceant, sed etiam potius, ut bonitatis instrumentum communi utilitati seruiant. modo, ut breuiter dicam, magis animus noster sit diues, quàm arca diuitiasq́; expetamus, habeamusq́;, magis, ut sint ornamenta ingenii, quàm ad uoluptates ꝑfruendas. parum esset fateor, si ciuitas nostra esset tantum opibus firma, copiis locuples, & diuitiis affluens, nisi foret etiam gloria ampla, & uirtute honesta. sicut maiores nostri præclare ab initio fundatam eam nobis reliquerunt. quod etiam Aristoteles uir acutissimi ingenii sensisse uidetur, ubi dixit opulentioribus doctrinam, atq; nobilitatem magis adesse conuenire. Anteq̃ ad hæc aggrediar iudices, mihi pleniore uoce præfandum est meos ciues haud plane credere Papienses esse ita tenues, atq; attri-

tas ut ipsi uideri uolũt, quo se subducant oneribus, q̃ propter ærarij angustias publice ciuitatibus prouinciæ interdum imponuntur, quòue minimi censeantur. aut si est eorum res, & fortuna, ut prædicant, id omne ipsorum ignauiæ, atque inertiæ ascribunt. neq; agrum illum censent esse adeo sterilem, atque ieiunum, quem si colerent, non ad ubertatem elicerent. Ego tamen in hac fortunarum disputatione, ne aduersarij expostulent, & conqueri possint, omnia dicam ex animi eorum sententia, quod etiam seruaui, cum de utriusq; populi frequentia agerem, nec per me deerit, quin, dum pauperes uelint uideri, sint etiam pauperrimi, usque eo, ut omnibus mortalibus nedum miserandi, sed etiam sint ostentui, modo sit ex ipsorum re idq; eos ita delectet more mendicorum, qui stipem a prætereuntibus expectãtes denudato ulceribus obsesso corpore morbum plerunque de industria alere creduntur ad plurium hominum misericordiam, & opes alliciendas, felicesq;, ac fortunatos tunc se ducerent, si nacti essent teterrimum aut crus, aut brachium immortali, atque insanabili ulcere deformatum, qualem fuisse Philoctetæ pedem in fabulis narratur semper tabo, & sanie, multaq; illuuie fluentem. usq; adeo mendicitati semper coniuncta est auiditas. male mihi sit, nisi me eorum miseret, quos nihil inuidi relinquamus in sua egestate fortunatos, ac triumphantes. Non sunt

iudices

iudices opes nostræ neque inuidiosæ, neque nimium tenues: sed omnino mediocres, satis non tantum ad uictum, sed etiam ad cultum domesticum pro cuiusq; conditione, & splendore suppetentes, huic nimirum imperio semper paratæ, atq; expositæ. experiris quotidie Gonzaga, quo ciuitas nostra maioribus opibus sit nixa, eo Cæsari magis opportunam se prbere, nostrasq; fortunas, quæcunq; sint, semper ad publicam utilitatem redundare. non dico nobis pecuniæ esse affatim, quamtumue interdum opus esset reipub. cum sæpe impendeant infiniti sumptus in angustijs ærarij, in summa difficultate numaria. sed quantamcunq; habemus, semper huic imperio promptam sine ulla recusatione, sine ulla mora, aut retractatione damus, tribuimus, soluimus. Quando Cremona pecuniam imperatam non ad diem enumerauit? sed quid pecuniam tantum? frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, uecturas? Quando id, quod per se sensit opus esse, in reipub. subsidium non ultro pollicita est? Quando id, quod imperatum fuit, soluere etiam facta uersura recusauit? priuati etiam mediusfidius non inuiti sæpe auctionē faciunt, domos, fundos proscribentes, ut Cæsari pecuniam subministrent, cum propter ærarij tenuitatem omnes prouinciæ ciuitates, omnes præfecturæ, atque coloniæ præstant uicē ærarij, pecuniam quasi debitam dissoluentes. in propulsandis Cæsaris, reipublicæq;

publicæq; periculis omnia profundimus, dantes quic quid promptum habemus, argentum, uestem, supel lectilem, et quæcunq; ad usum militarem pertinent. huc non modo omnia consilia nostra, sed etiam opes referuntur. Hæc est illa ciuitas, quam Imperatores nostri semper armorum, annonæq; perfugium esse dixere, quam semper non tantum pro cella penaria huius imperij, ut de Sicilia ille dixit, sed etiam pro ærario habuere, quæ pignora uoluntatis nostræ erga Cæsarem certa esse debent. superioribus quoque annis, quod erat e re ipsius Cæsaris, frumento suppeditato inopiam Papiensium, et famem subleuaui mus, q̄d tamen à me hic dictum sit non exprobrandi beneficij eis gratia. Hæc cum ita sint plane manifesta, ut negari non possint, aio in hac nostra contentione honoris, ac dignitatis oportere communis utilitatis haberi rationem, illamq; ciuitatem omnino anteferendam, quæ magis utilis est reipub. atq; opportuna. ut quibus summum onus imponitur, ad illos etiam summus honos perueniat, quæ lex non tantum est scripta, sed etiam cum ipso hominum genere nata, et in ipsa natura infixa. Inspiciendum est igitur utri maiora uectigalia, quibus imperium potissime nititur, ærario pensitent, utra ciuitas tot annos in tanta rei numariæ difficultate magis rempub. subleuauerit. appellandi mihi sunt publici quæstores prouinciæ. afferantur tabulæ publicæ recen-

sionis,

sionis, uectigaliumq; omnium ciuitatum Mediolanensis imperij, tabulæ item aliæ, in quibus habeatur ratio publicæ pecuniæ tot annorum datæ, acceptæ, atque relatæ. TABVLAE VECTIGALIVM CENSVSQVE TOTIVS PROVINCIAE. *Ex harum tabularum lectione Patres uidetis, non solum omnium uectigalium, sed etiam publicæ recensionis totius prouinciæ impressam memoriam, ne quis tergiuersari ualeat. Iam omitto in controuersiam, & quæstionem uocare utra ciuitas in angustijs ærarij promptius, ac paratius pecuniam imperatam sumministret. sed quærendum utra largius, atque unde maioribus subsidijs semper fulta fuerit respub. ab istis ne, an potius à nobis. Videtis igitur à quæstoribus prouinciæ in singulos annos pecuniæ uectigalis plerunq; supra HS quinquagies exigi à ciuitate nostra. à Papiensibus uero quasi decussatim dimidio fere minus. clarius etiam fore propediem speramus ex census tabulis si diligenter, & æquabiliter confectæ fuerint, ut fieri cœptæ sunt, utri, quod utrique superioribus annis imperatum ex censu debuerant, probius, & sanctius, magisq; ex fide bona soluerint. interdum quoque ante tempus, biennij nondum debitam à publicanis pecuniam uectigalem repræsentauimus. Videtis etiam, quid relatum sit in tabulis quot annis ex utriusq; ciuitatis pensitationibus (loquor de pecunia imperata tam se-*

eundum census tabulas, q̄ in capita, aut in familias præter urbis uectigalia perpetua) quantoue maiora subsidia semper reipub. attulerimus, q̄ Papienses. id unum hercle facile de controuersijs nostris iudicare posset, finemq; liti imponere. æquum profectò esset Papienses quanto minus opum, uiriumq; in uobis esse sentitis, tanto uos minus habere arrogantiæ, & ijs, qui uobis opibus longe anteeunt ultro cedere. Neq; ego hic census uestros requirerem, si uos intra cancellos modestiæ continuissetis rerum uestrarum finibus contenti, neq; ad explicandum opes nostras oratione descendissem, ut feci, omissa tamen amplificatione, cum ciues mei, ut cēties memoraui, potius hæc pudenter, & parce, exigueque tangi à me uelint, nisi eo usq; uos prouexisset arrogantia, ut cum egentissimi sitis, uos tamen cum honestissima ciuitate conferre, atq; adæquare auderetis, ut intelligant homines, pauperes cum sitis tam insolentes, opulenti quales essetis. uobiscum sane recte agitur, quod uobis sint opes tenues, & infirmæ, afflictaq; fortuna, nec ut alij populi faciunt, malis occurrentes industria uosmetipsos subleuare nitimini, sed oscitantes in calamitatibus tabescitis, ut sitis ostentui omnibus populis. si res uestræ integræ essent, atq; florentes, quamuis non multo meliore esse possint loco propter agri miseri, atq; ieiuni sterilitatem, ut uosmetipsi prædicatis, quæ ciui-

tas uicina poßet ferre ueſtros ſpiritus? quanta eßet ueſtra arrogantia? neq; ego hic Papienſes ueſtri irridendi ſtudio paupertatem uobis obijcio, ſed potius officio modeſtiam, atq; æquitatem ueſtram requiro. Deus optimus maximus ciuitatem ueſtram fortunet, & uobis ſint opima omnia, ſaturitateque, & copia omnium rerum redundent, modo ne cum copia creſcat ſimul arrogantia, neq; uelitis de amplitudine cum eis ciuitatibus uelitari, quibus cedunt etiam illæ, quæ ſunt in aliquo numero. Vobis profecto res ſunt alioqui ſemper tenues, atq; exiguæ propter ſolum exile, & macrum. hoc tempore etiam exiſtunt fluxæ, atq; prolapsæ propter diuturnitatem pernicioſiſſimi belli, quod ſuperioribus annis exarſit in tota prouincia. nemo fere apud uos eſt, cui non ſit adhuc res familiaris fracta diſſipata, atq; direpta, nihil uſquam egentius, nihil ſpoliatius. non dico nihil uobis lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum, ac ſumptuoſum ad ſplendorem, & amplitudinem, ſed aio, affirmoq; uobis rem deeſse ad neceſsaria. miſeros nos, quibus cum egentiſſima natio audet ſe conferre. dixi modo urbem ueſtram infrequentiſsimam, ſi qui tamen in ea apparent, rari illi quidem, & præter hoſpites, fere omnes pannoſi, atq; agreſtes ſemper neſcio quid oppidanum, ſemipaganumq; redolentes, egeſtate conflictati. Iacent apud nos pretia prædiorum. nulla, aut rara, & mi

H nime

nime exquiſita agricultura, nulla mercatura, nulla ars, nulla induſtria, iccirco utimini ſemper anguſte re ſamiliari. deſinite inopes, deformatiq; erumnis, miſeriiſq; cooperti, alienam opem expectantes, rerumq; humanarum ſpectaculum facti de principatu certare uelle cum ciuitatibus honeſtiſſimis. ſtomachantur, mihi credite, omnes boni, cum audiunt aliquem, qui nullo in numero ſit, contemptiſſimum, egentiſſimum, inopia omnium rerum miſerabilem, inſigniter tamen arrogantem cum p̄clariſſimo quoque, ac ſummo de honore, ac dignitate contendere. Quid quæſo ſentire de modeſtia ueſtra putatis homines, cum uident municipium ſine re, ſine ſpe, ſine fide, cupere tamen ſe adæquare locupletiſſimæ populi Romani coloniæ, quæ ſemper opibus, & copiis floruerit. floreatq; etiam nunc, & affluat ad ſaturitatem, ubi ſplendent omnia, ubi luculenta, ne dicam ſumma omnia, unde rerum egregiarum cuncta ſumi poſſint exempla, quæ copia omnium rerum abundat, cui tum ſoli bonitate, tum hominum induſtria nihil earum rerum deeſt, quæ opus ſunt non tantum ad uictum, ſed etiam ad cultum, uitæq; ſplendorem, atq; nitorem, cui res & pecuaria, & ruſtica ex omni parte eſt ſane bene culta, & fructuoſa? Niſi hic uererer offendere animos meorum ciuium, qui iſtæc à me, ut iam ſæpius inculcaui, aut leuiter tangi, aut omnino omitti malebant, conten-

derem

derem nullam terram in Italia reperiri alimentorum feraciorem. habet Cremona frugifera, & ferta arua, magnam uim frumenti, uini, mellis, lini in primis mollissimi, ac lanæ ptiosæ. Excellit longo interuallo opima, & fertili ubertate agrorum, uarietate fructuum, magnitudine pastionis multitudineq; earum rerum, quæ exportantur. ad soli opimi ubertatem accedit hominum industria, nauitasq; quibus desunt latifundia, dant operam mercaturæ, & quæstus faciunt haud quaquàm sordidos, sed magnos mediusfidius, atque uberes. neque enim apud nos, qui habent pecunias, eas numeratas in arca comprimere solent. sed aut in nominibus habent, aut in mercibus collocatas compendij causa tenent naui, atq; industrij, & sui negotij bene gerentes. Hinc ciuibus fere omnibus, non tantũ principibus ciuitatis, sed etiam secundo, & tertio loco natis, multa, & lauta suppellex, uis magna argenti, uestisq; tum stragulæ, tum ad corporis tegumentum, omniumq; rerum, quas uitæ politioris cultus poscit, abundantia, & copia. Videas ubiq, in urbe aromatum, cæterarumq; mercium peregrinarum apothecas refertissimas, omnesq; opificum officinas copia redundare. Et quoniam concedunt etiam grauissimi philosophi opes esse expetendas ad uitæ honorificentiam, cultumq; tum publicum, tum etiam priuatũ, atq; domesticum, ciues nostri semper priuatam lu-

xuriam oderunt, diligunt publicam magnificẽtiam. cui licet in publicis muneribus studeant, potiusquã in uita quotidiana, atq; assidua, non tamen in quoq; requiras etiam splendorem pro fortunis, ac celebritatem domesticam, in quo potius laudes elegãtiam, & industriam, quàm sumptum. si quando tamen sumptus transcendere uidentur modum in apparatione domestici uictus, ac cultus, id sæpe euenit, quod nostri ciues maxime hospitales sunt, & in externos liberales. Habita semper fuit ubiq; Cremona ciuitas multorum hospitum, qui nusquam liberalius tractantur, generosa quadam animi magnitudine natura omnium ferè animis īsita. neque apud nos ullus est, qui hospitem à se non bene acceptum dimittat. cuncti quæcunq; habent, cum amicis libenter communicant. Quæ res sæpe causa fuit ut uiri grauissimi ciuitatis ad rogationem legum sumptuariarum recurrerent, easq; olim promulgatas, mox paulatim antiquatas renouarent, ne in priuatum usum extra modum sumptus prodeant, nunc funerum, & sepulcrorum, nunc nuptiarum, & parentalium, cæterorumq; conuiuiorum, atq; epularum sumptum, magnificentiam quoq; uestium, & ornamentorum tam marium, quàm fœminarum luxuriam coercentes. Hinc fit, ut omnem alti, ac generosi animi splendorem in popularium munerum magnificentiam, & sumptum transferant, in primis

mis in supplicationibus diuorum sumptuosi. in excipiendis uero regibus, et magistratibus nulli æquali ciuitati magnificentia, & apparatione cedunt. Tunc forum, tunc omnia templa, & delubra, omnes uiæ, atq; omnes urbis portæ ornatu magnifico adornantur honorifica totius ciuitatis ostentatione auro, argento, ebore, ueste magnificis operibus ĩterpicta, pretiosaq;, & plena artis affabreq; facta suppellectile, tabulisq;, & signis lautissime pictis. Tunc lege sumptuariæ omnes silent. In aduentu regum ipsorum ciues nostri sibi gaudent oblatam occasionem exercendi, ostentandiq; in hospites, cuiq; in suum liberalitatem, generosamq; animi amplitudinem. Et cum iubentur à magistratibus dari hospitibus qui regem assequuntur, nihil præter tectum, lectumq;, & lintea, cæteramq; supellectilẽ, illi addunt ultro abundanter, non tantum fœnum, ligna, & quæ lege Iulia militibus dari solent in hybernis, uerum eos omnibus rebus sua impensa lautissime accipiunt. Quid dicam de iuuentutis nostræ apparatissimis, magnificentissimisq; ludis sub luper calibus diebus? Videas cunctas ciuitatis principes familias quarum copiosa sunt, & lauta patrimonia in edendo suo quanq; munere occupari, omnesque eniti summis opibus, ne alia ab alia splendore superetur. Nihil uspiam alibi præclarius, nihil luculentius. omniaq; cum elegantia, & copia. Atqui ista

quidem

quidem leuia sunt, & ludicra, parum etiam fortasse digna, de quibus in hoc loco, in tanto, tamq; illustri hominum conspectu tantopere uerba facerem. uerum prouocatus insigni aduersariorum impudentia non potui me continere, quin cõtra ciuiũ meorum præscriptum de ijs quoq; rebus, quas minimi facimus, aliquid dicerem, ne de cætero copia cum egestate confligere cogeretur. Porro hic uerũ esse, quod uulgo aiunt, expertus sum, unum hominem qui insaniat, satis uberem materiam sufficere, ut plurimos insanire faciat. A me illa potius dicenda erant de nostrorum ciuium erga indigentes, qui alienas opes expectant, nescio dicam ne liberalitate, an potius benignitate, aut pietate, quanta diligẽtia semper usi sint, ut in ciuitate uilitas annonæ aut fieret, aut remaneret, ne quis frumentum, cæterasq; fruges compressas teneret, sed quod quisque habet uenale exponeret, quanta impensa, atq; industria in caritate annonæ cõportari aliunde frumentum proposito mercatoribus præmio procurent quod egentibus abunde suppeditent, ut sæpe ex summa inopia, reiq; frumentariæ angustia maxima illico utilitas consequatur, præter publica diuersoria, quæ apud nos ad antiquæ religionis rationem, & plurima instituta sunt, & opulentissima, unde homines, qui aliorum misericordia uiuunt, alimenta petere possint. Et ut obiter in omnibus orationis par

tibus

tibus de optimis maiorum nostrorum institutis, deq; optimarum legum, morumq;, & disciplinæ sanctitate sparsim agam. quod unum erat ex illis septem, quæ initio actionis proposui, cum res frumentaria durior est facta, cœpitq; ingrauescere annona, publico instituto habentur egentium delectus. etiam nolentes coguntur tanquam milites quasi per decurias uicatim sacramento nomen dare, quicunq; sunt afflictæ fortunæ. Vbi uero quotquot reperiuntur in ciuitate inopes generatim conscripti, centuriatiq; fuerint, ditioribus omnes ascribuntur, commendanturq; distribute alendi, quotquot quisq; non incommode, aut grauate alere possit, habita census, & cu iusq; fortunarum ratione, quos alacres omnes acci piunt sine ulla recusatione, aut excusatione. hoc nexu in familijs nostris tanquam ascriptitij aluntur interdiu, atq; etiam, si eis placet, nobiscum pernoctant, donec ubertate agrorum uilitas annonæ consecuta fuerit. Cauent etiam summopere Ciues nostri, ubi in angustijs ærarij onera, ac pecuniæ ciuitati imperantur, ne exigantur per capita, quod semper nostra ciuitas iniquissimum duxit, abhorruitq; sed ex censu potius, &, quod aiunt, per æs, & libram, fieri exactionem probant. si quando tamen durissimis temporibus summa cogente difficultate numaria, impendentibus infinitis sumptibus à prouinciæ quæstoribus in capita, & familias imperatum

tum fuerit, cum etiam e fanis pecuniæ tolluntur aperto sanctiore ærario pro illis, qui propter afflictam fortunam soluere non possunt, ditiores inter se onus inopum ferè semper partiti suscipiunt, ex censuq; libenter iterum conferunt, quicquid residui debetur ipsis egentibus stipem elargientes, unde, si uelint, pro sese ipsi dissoluant, ne forte si exactoribus pro alijs ditiores semper parati penderent, magnam mancipum auaritiæ ansam præberent aduersus eos, quorum inopiam, atq; imbecillitatem subleuare student. Non minori ferè liberalitate, ac pietate ciuitas nostra prosequitur sacerdotes, qui rebus diuinis præsunt, sacrificiaq; tam priuata, q̃ publica, & religiones, sanctitatesq;, quæ sunt in more maiorum, interpretantur, & nobis deum placatum sanctimonijs reddunt. Nunquam cogunt eos tributa cum populo pendere. militiæ, militariorũque munerum uacationem, atq; omnium rerum immunitatem libenter tribuunt, neq; eos tabulis profiteri, censeriùe, neq; eorum p̃dia esse, ut cætera, uectigalia, tributariaùe patiuntur. Hinc equidem crediderim potissimum fieri, ut Deo opt. max. cuius est rerum humanarum procuratio, respiciente ad hanc propensam ciuium pietatem, omnia fere semper prospere procedant, secundaq; eueniant, & quicquid agendum instat, bene operam ponant, remq; plurimum ex sententia gerant, & omnia eis

cant

eant secundo fortunæ flatu, plus plusq; īdies opum, & uirium addatur. Hinc ciuitatis prospera semper, & quasi æquabilis, perpetuaque fortuna tot annos durauit. Si tamen eadem fortuna paulo uariante aliquando in duriuscula tempora incidimus, dijs uolentibus iuuantibusq;, & menti ciuium semper lumen præferentibus statim emergimus, & ad pristinum statum fortunamq; reuertimur. Neq; nobis profecto aduersarij occurrere, & respondere possunt hunc ciuitatis nostræ statum, hanc opum, ac copiarum mediocritatem repentinam esse, nouãq;, & nunc primum cœli fauore nobis esse conflatam, cum ab ipsa quasi urbis origine semper fuisse Cremonam in aliquo numero compertum habeamus locupletissimorum scriptorum perpetuo testimonio. Superius Polybij, Liuijq;, & aliorum historiam scribentium monimentis clarum esse demonstrauimus, tempestate Annibalis pœni Cremonam, cum primum deducta fuit à Romanis colonia, iam tunc fuisse fortunæ muneribus amplissimam, omnibusq; rebus auctam, atque ornatam. Cornelius Tacitus quoq; agens de temporibus Vitellianis cum dixisset Cremonam tunc forte confluxisse magnam partem Italiæ stato in eosdem dies mercatu subijcit. Tempus quoq; mercatus ditem alioquin coloniam maiorum opum specie compleuisse urbem deinde militibus. Flauianis Antonio duce post longam obsidio-

nem captam, atq; direptam ad prædam totum quatriduum suffecisse refert. Quantum præterea opibus, & copijs ea ciuitas redundet præ Papiensium municipio, uel ex facie ipsius urbis cognosci potest, in quo ipso etiam est quædam quasi dignitas, cum speciem regalis prope metropolis præbeat, ut hinc quoq; se nobiscum Papienses minime conferre possint. Principio optimo loco sitam esse liquet. Est.n. ut omnes non ignorant, inter Padum, & Olliũ flumina, præterfluentibus etiam aliquam partem eius agri Adua, & Serio, in mediterraneo tractu, locis campestribns, lata planicie, atq; æquabili, tantum remota à mari, ut à piratis sit tutissima, neque tamen maris commoditatibus omnino careat, quod Padus nobilissimus Italiæ amnium muros alluit, & in mare superum multis amnibus auctus influit, per quem uariæ merces aduerso flumine maximis onerarijs, actuarijsq; nauibus ad nos comportari possint. tanta & cœli, & soli clementia, ac temperatione, ut diuina quadam ui, optima hominum acutissimorum ingenia, ut infra demonstrabimus, semper produxerit, producatq; in dies magis, ac magis. Porrò est natura, ac situ non tantum communito, sed etiam ad aspectum præclaro conspicua descriptione ædificiorum, et pulchritudine in primis nobilis, ut nemo sit, qui ad primum aspectum non exclamet præclaram, Iuppiter, ac plenam dignitatis urbem

bem. præclare ſane ædificatam eam ubique eſt uidere pro regionis, facultate, & natura, eſt .n. ferme tota lateritia propter difficultatem uecturarū, quod procul à nobis ſint montes, & ſaxeta. ſed ex lateribus affabre ſectis, & expolitis uiſuntur ubiq; præclara ædificia, tam priuata, quàm publica. Dicite per Deum Papienſes quid poteſtis in municipio ueſtro conferre cum arco illa noſtra munitiſſima, atq; inexpugnabili triplici muro circundata, ubi tot, & tam firma caſtella, & propugnacula, ubi tot ænea uariæ magnitudinis tormenta, tot refertiſſima armamentaria, tot machinæ, totq; inſtrumentorum bellicorum officinæ? hanc unam arcem Franc. Sforcia II. uir acutiſſimus uocare ſolebat ſui imperij firmamentum. Quid quæſo Papienſes ueſtræ urbis conſpicuum, atq; oſtentatione dignum commemorare poteſtis, cum nos plurima præclara habeamus, & inter illa quidem aliquid non modo rerum omnium præſtantia excellens, ſed unicum plane & ſingulare. Video patres aduerſarios meos ſubridere, & inter ſeſe obſcura ſuſurratione mihi innuere ſe expectare, utquam primum aliquid de nobiliſſima illa Pyramide, qua nullum uſquam opus uiſendum magis reperiri poſſit. hic faceti haberi uolunt, riſuq; ineptiſſimi dignitatem rei, quæ nullam habet comparationem, detrahere conniтuntur. Ea ſi extitiſſet temporibus antiquorum Græcorum, cum

uigeret eloquentia arbitror addidissent octauũ septem mundi mirabilibus, aut fortasse detracta ab eo numero pharo, quæ erat in Aegypto, septimi miraculi loco haberi potuisse, cum longe antecellere existimetur quicquid unquam uspiam turrium fuerit magnitudine operis, proceritate, firmitudine, forma, atq; artificio. decreuerã patres id opus nobilissimum ad totius orbis terrarum miraculum, spectaculumq; factum, tacitum præterire. ducebam enim satius illibatum omnino relinquere, quàm de eo pauca dicere, cum opus per se sit toto terrarum orbe fama celebratissimum. Verum aduersariorũ scurrilitas hæc utcunq; me dicere adegit, ut suam huic confessui detegerent insulsitatem tam ab re cauillati. Poteram equidem hancce, & complures alias turres eis remittere, cum plurima alia ædificia tum publica, tum priuata non infabre structa nobis suppetant, quæ illis opponere possemus, forum maximum, pulcherrimæ porticus, amplissima curia, publici consilij sedes, templum præclarum urbis maximum, cæteraq; diuorum immortalium fana, ac delubra non modo antiqua, sed etiam recens constructa, & nunc etiam surgentia ad antiquorum Græcorum laudem, signis quoq;, & tabulis, ebore, auro cœlato, & argento, corinthijsq; operibus ornatissima. prætoria item duo uetustissima, basilicæq; amplissimæ regibus hospitio suscipiendis destinatæ,

natæ. ad hæc præter delubra sanctissimis religionibus consecrata, ædes sacræ uisuntur præclarissime ædificatæ, ubi uariæ sacerdotum sectæ uitam cœlibem ducunt, homines à uulgari uita seiuncti, atq; semoti, sacrisq; uoto perpetuo alligati, communia omnia habentes, religionesq;, & sanctitates à maioribus nostris adinuentas tuentur, traditasq; à pontificibus sententias, atq; opiniones diuina quadam reconditarum literarum scientia integras, intactasq; custodiunt. cernuntur nunc etiam fundamenta præclarissimi gymnasij barbarorum uarijs iniurijs diruti. Vidi ego quoq; ipse uestigia quædã illius antiquissimi, nobilissimique templi Mephitis deæ, cui uni ante mœnia posito pepercisse flammã Cornelius Tacitus refert, cum urbs omnis concremata à militibus Flauianis concidisset. Existimatur etiam reliquias apparere illius amphitheatri, ad quod extruendum paulo ante relictos fuisse Cremonæ milites Othonianos idem Tacitus scribit. Post ædium sacrarum, publicorumque operum ædificia non sunt contẽnenda priuatorum domicilia non tã opere, aut arte insignia, quàm usu, & habitatione accommoda. Quippe q̃ parentes nostri, maioresue nobis constructa reliquerunt, non sunt ita laute fabricata, uti ea quæ his temporibus ponimus. Nunc enim strenue ædificatur apud nos Græcorum artibus atq; præceptis, fiuntque omnia ad antiquorum rationem

rationem propter copiam hominum nostrorum, qui ea optime cadent, ut infra dicemus, cum de ciuium nostrorum ingenijs, artibusq; agemus. nulla uia, nullus uicus, aut angi portus tibi occurret, in quo nō admireris speciem regiæ urbis. memini olim patres uestrum aliquos, qui in ea ciuitate fuistis cum prætoria potestate mihi dixisse, sibi eam urbem uideri quodammodo exiguum simulacrum, & instar Mediolani. Ea insuper studia ædificandi in ciuitate nostra nunc esse conspicio, adeoq; ciuium animos esse accensos, percupidosq; certatim in patriam congerendi omnia ornamenta, ut intra paucissimos annos sperem eam futuram urbem, ubi omnia rerum excellentium exempla inuisantur, modo otiosa, & pacata in hac pace, & tranquilla libertate permaneat, quam nobis promittere uidetur Cæsaris incredibilis, eximia, ac diuina uirtus, qui omnes suas cogitationes, omnia studia, omnem operam, mentemq; omnem in republi. conseruanda, amplificandaque iam diu fixit, qui toties barbarorum impetus crudeles, ac furibundos sua uirtute retardauit, totiesque dimicatione, ac periculo uitæ suæ immanem, ac fœdam hostium crudelitatem à iugulis nostris auertit dignus potestate, & omnium rerum dominatu. Quibus uero urbs nostra operibus, munitionibusq; antiquitus septa fuerit, non est quod hic elaborem, cū adhuc firmissima mœnia durent, interq; Italiæ munitissimas

nitissimas urbes habeatur Cremona, tenuiq; p̃sidio, atq; exigua manu defendi possit, operibus, ac munitionibus satis per se tuta. Dixi etiam superius de agri optima cultura, cum de ubertate terræ in cõtentione, & cõparatione utriusq; regionis disserui. Ad de amœnitatem, & salubritatem illius tractus: quis posset oratione pro dignitate complecti tot irrigationes, quibus Papienses cĩno carent, tot prata, tot riuos, tot amœnissima uireta, tot quasi urbanas sluas, fructuosissima pomaria, ubi selectæ, ac generosæ arbores, e diuersis, longinquisq; mundi partibus ascitæ, optimaq; ratione in quincuncẽ positæ non tantum ubertate fructuũ utilitatem, uerũ etiã ad aspectum uoluptatẽ p̃bent. ubi q̃so terrarũ uineta, & arbusta, quæ Gallica uocant, rectius dispositiusue, atq; descriptius digeruntur? Quid de uillarum laute ædificatarũ cõmoditate simul, atq; elegantia? id unum in summa dictum uolo, rus ipsum ciuitatis dignitati p̃clare respondere. Iã uidetis iudices, quantum Cremonenses Papiensibus p̃stent urbis antiquitate, originis nobilitate, frequentia ciuium, censu, opibusq;, & plurimarum rerum copia, soli ubertate, atq; felicitate, urbis amplitudine, & splendore, ædificiorumq;, & operum magnificẽtia, plurimisq; munitionum p̃sidijs, quibus oĩbus rebus Cremona Papiam longe inferiorem esse demõstratum fuit ijs, quæ hactenus à nobis disputata sunt, diffusius fortasse,

se. q̃ necesse erat, nihil tamen extra causam à me dictum arbitror, cum mihi retundenda esset eorũ arrogantia, atq; insolentia, qui suam nouitatem, ignobilitatem, solitudinem, inopiam squalorem, cum antiquitate, nobilitate, frequentia, opibus, splendore honestissimæ ciuitatis tam intoleranter ausi sunt conferre, nihil ueriti hominum iudicium. aliqua ẽt interdum inspersimus de ciuitatis nostræ moribus, optimisq; legibus, & maiorum institutis, quibus auditis aduersarij, si naturæ communi, ac uulgari sensu uterentur, non me ulterius progredi sinerent, sed deposita superbia, atq; audacia ijs contentionibus in posterum finem facerent, & socias ciuitates quiescere in otio permitterent, dimouerentque à nobis hanc totam molestiam. Restabat, ut in collatione utriusq; ciuitatis dissererem de ijs, quæ posita sunt in sola uirtute à qua omnis recte factorum oritur gloria, nam in ijs, quæ superius memorauimus, tenet aliquam partem etiam fortuna, licet pleraque tam urbis, q̃ ruris ornamenta constare non possĩt sine hominum ui, atq; industria. At uero quoniam uirtutis ipsius nomẽ late patet, plurimaq; mihi dicẽda sunt in comparatione p̃stantium uirorum utriusq; ciuitatis in omni uirtutum genere, ut ratio occupationum uestrarum à me aliqua habeatur, cæteram omnem orationem ab huius diei actione seiunxi, & in crastinum reieci.

CREMONENSIVM

ACTIO SECVNDA ADVERSVS PAPIENSES IN CONTROVERSIA PRINCIPATVS.

QVONIAM patres in ijs rebus quibus hesterna actiõe planũ feci ciuitatẽ nostrã papiẽsi municipio lõge ĩstantiorẽ esse, fortuna aliquẽ locum obtinet, ne Papienses obijcere possint nos cõmendationem quærere solum ab ijs, quæ non sunt nostri, neq; iuris, neq; arbitrij, sed quæ uidentur posita esse in fortunæ libidine, quam Philosophi insanam esse, cæcam, & brutam ꝑdicant, saxoq; instare perhibent globoso, atq; uolubili, & ubi collibuerit, repetere ab hominibus ea, quæ dedit, sæpiusq; ad nutũ summa fundo uertere, infimaq; in altũ tollere, & pro libidine tandẽ omnia exæquare, possem remittere, et condonare aduersarijs oĩa, q̃ proxima oratione de opibus, ac rerum copia disserui, quamuis maiores nostri ꝓsertim iurisconsulti sapientissimi uiri uno uerbo oĩa compendij causa cõplexi bona, ut diximus, appellarunt, summi quoq; philosophi, ut Xenophon, et Aristoteles libros conscripserunt de re familiari tuenda, q̃ ab homine non est contemnenda, dum tamen sit ministra, & corporis famula.

rentur, patriæq; , cui omnia debemus, consilio, & auctoritate difficillimo quoq; tpe prodesse possent. q̃ cura, atq; institutio ab urbis incunabulis per omnes ætates in nostris ciuibus perpetua quadam serie tan quam propagata durauit, duratq; ad hæc usq; tempora, perseuerabitq; etiam spero in posterum benigno quodam cœli aspectu nunq̃ eam soli partem deferente, quam leonis astro soli coniunctissimo suppo sitam, sicut etiam Romam, à qua originẽ ducimus, ferunt ij, qui diuturna cœli, siderumq; obseruatione descriptiones Chaldæorum norunt. esseq; in tutela p̃cipua inter ea sidera, quæ errantia uidentur, Mer curij, & Martis, Ioue nunquam nos non fouente, unde fieri necessario contendunt, ut ea ciuitas fuerit semp̱ non minus bonis, q̃ artibus mœnibus exag gerata, extiteritq; religionis, uirtutis, scientiæ, & optimarum artium p̱petuum quasi domicilium, om nem curam illam, & institutum diuinitus in animis nostrorum ciuium inseri, ut omne studiũ nauent, quo ingenui adolescentes tam Græcorum, q̃ nostrorum monimẽtis, et literis instructi boni sint, et cum primis honesti, atq; ijs artibus, quæ liberos homines decent, imbuantur, polliantur q; educati in alicuius hominis doctissimi, ac moderatissimi disciplina. Hinc fit, ut non solum uirtutis in bello, sed etiam doctrinæ ornamentis, ac p̃sidijs in pace in omni genere, & uarietate, artium etiam illarum, quæ non sine

summo

summo ocio facile discuntur, plerunque ciues nostri excellant, ut neminem inuenias plane alienum à literis. Omnes ut primum sapere incipiunt, sapientiæ studio, ac cupiditate flagrant, Hinc euenit, ut rectissimis studijs detenti, atq; occupati repudiatis libidinum illecebris non totam adolescentiam uoluptatibus dedant lasciuiæ, & luxuriæ frena laxantes, sed se abdicant illis uitijs, quibus ea prona est ætas, cum omnis eorum impetus sit ad laudem, iamq; in eo ætatis flexu apud illos omnia dignitas pōt. ea uero uitia, q̄ adolescentiam, cui inest maxima imbecillitas consilij, insectari solent, raro in nostra iuuentute reperias. æs alienum, petulantiam, libidines, adulteria, inconcessos amores. uitantur ab omnibus æqualibus adulteri, impudici, sequestres, aleatores. quod quidem eo maiore laude dignum duco, quo natura ipsa soli ubertate, & rerum copia, ac saturitate, plura, & maiora blandimenta subministrat uoluptatibus, quibus interdum sopita uirtus conniuere solet. opum.n. abundantia multas uias lubricas semper adolescentiæ ostendit. In ciuitate nostra quocunq; te uertas uideas confertissimos adolescentium cœtus de uirtute, de officio, deq; omnibus, q̄ mandata sunt literis ad omnem humanitatem spectantia disserentes, disputantesq;, donec crescente ætate euadant in primis temperatis moribus insignes, humanissimi, honestissimi, rectissimisq; studijs, atque

optimarum

tum fuerit, cum etiam e fanis pecuniæ tolluntur aperto sanctiore ærario pro illis, qui propter afflictam fortunam soluere non possunt, ditiores inter se onus inopum ferè semper partiri suscipiunt, ex censuq; libenter iterum conferunt, quicquid residui debetur ipsis egentibus stipem elargientes, unde, si uelint, pro sese ipsi dissoluant, ne forte si exactoribus pro alijs ditiores semper parati penderent, magnam mancipum auaritiæ ansam præberent aduersus eos, quorum inopiam, atq; imbecillitatem subleuare student. Non minori ferè liberalitate, ac pietate ciuitas nostra prosequitur sacerdotes, qui rebus diuinis præsunt, sacrificiaq; tam priuata, q̃ publica, & religiones, sanctitatesq;, quæ sunt in more maiorum, interpretantur, & nobis deum placatum sanctimonijs reddunt. Nunquam cogunt eos tributa cum populo pendere. militiæ, militariorũque munerum uacationem, atq; omnium rerum immunitatem libenter tribuunt, neq; eos tabulis profiteri, censeriue, neq; eorum pdia esse, ut cætera, uectigalia, tributariaue patiuntur. Hinc equidem crediderim potissimum fieri, ut Deo opt. max. cuius est rerum humanarum procuratio, respiciente ad hanc propensam ciuium pietatem, omnia fere semper prospere procedant, secundaq; eueniant, & quicquid agendum instat, bene operam ponant, remq; plurimum ex sententia gerant, & omnia eis

eant

eant secundo fortunæ flatu, plus plusq; ĩdies opum, & uirium addatur. Hinc ciuitatis prospera semper, & quasi æquabilis, perpetuaque fortuna tot annos durauit. Si tamen eadem fortuna paulo uariante aliquando in duriuscula tempora incidimus, dijs uolentibus iuuantibusq;, & menti ciuium semper lumen præferentibus statim emergimus, & ad pristinum statum fortunamq; reuertimur. Neq; nobis profecto aduersarij occurrere, & respondere possunt hunc ciuitatis nostræ statum, hanc opum, ac copiarum mediocritatem repentinam esse, nouãq;, & nunc primum cœli fauore nobis esse conflatam, cum ab ipsa quasi urbis origine semper fuisse Cremonam in aliquo numero compertum habeamus locupletissimorum scriptorum perpetuo testimonio. Superius Polybij, Liuijq;, & aliorum historiam scribentium monimentis clarum esse demonstrauimus, tempestate Annibalis pœni Cremonam, cum primum deducta fuit à Romanis colonia, iam tunc fuisse fortunæ muneribus amplissimam, omnibusq; rebus auctam, atque ornatam. Cornelius Tacitus quoq; agens de temporibus Vitellianis cum dixisset Cremonam tunc forte confluxisse magnam partem Italiæ stato in eosdem dies mercatu subijcit. Tempus quoq; mercatus ditem alioquin coloniam maiorum opum specie compleuisse urbem deinde militibus. Flauianis Antonio duce post longam obsidio-

nem captam, atq; direptam ad prædam totum quatriduum suffecisse refert. Quantum præterea opibus, & copijs ea ciuitas redundet præ Papiensium municipio, uel ex facie ipsius urbis cognosci potest, in quo ipso etiam est quædam quasi dignitas, cum speciem regalis prope metropolis præbeat, ut hinc quoq; se nobiscum Papienses minime conferre possint. Principio optimo loco sitam esse liquet. Est.n. ut omnes non ignorant, inter Padum, & Olliũ flumina, præterfluentibus etiam aliquam partem eius agri Adua, & Serio, in mediterraneo tractu, locis campestribns, lata planicie, atq; æquabili, tantum remota à mari, ut à piratis sit tutissima, neque tamen maris commoditatibus omnino careat, quod Padus nobilissimus Italiæ amnium muros alluit, & in mare superum multis amnibus auctus influit, ꝑ quem uariæ merces aduerso flumine maximis onerarijs, actuarijsq; nauibus ad nos comportari possint. tanta & cœli, & soli clementia, ac temperatione, ut diuina quadam ui, optima hominum acutissimorum ingenia, ut infra demonstrabimus, semper produxerit, producatq; in dies magis, ac magis. Porrò est natura, ac situ non tantum communito, sed etiam ad aspectum præclaro conspicua descriptione ædificiorum, et pulchritudine in primis nobilis, ut nemo sit, qui ad primum aspectum non exclamet præclaram, Iuppiter, ac plenam dignitatis urbem

bem. præclare ſane ædificatam eam ubique eſt uidere pro regionis, facultate, & natura, eſt .n. ferme tota lateritia propter difficultatem uecturarũ, quod procul à nobis ſint montes, & ſaxeta. ſed ex lateribus affabre ſectis, & expolitis uiſuntur ubiq; præclara ædificia, tam priuata, quàm publica. Dicite per Deum Papienſes quid poteſtis in municipio ueſtro conferre cum arco illa noſtra munitiſſima, atq; inexpugnabili triplici muro circundata, ubi tot, & tam firma caſtella, & propugnacula, ubi tot ænea uariæ magnitudinis tormenta, tot refertiſſima armamentaria, tot machinæ, totq; inſtrumentorum bellicorum officinæ? hanc unam arcem Franc. Sforcia II. uir acutiſſimus uocare ſolebat ſui imperij firmamentum. Quid quæſo Papienſes ueſtræ urbis conſpicuum, atq; oſtentatione dignum commemorare poteſtis, cum nos plurima præclara habeamus, & inter illa quidem aliquid non modo rerum omnium præſtantia excellens, ſed unicum plane & ſingulare. Video patres aduerſarios meos ſubridere, & inter ſeſe obſcura ſuſurratione mihi innuere ſe expectare, utquam primum aliquid de nobiliſſima illa Pyramide, qua nullum uſquam opus uiſendum magis reperiri poſſit. hic faceti haberi uolunt, riſuq; ineptiſſimi dignitatem rei, quæ nullam habet comparationem, detrahere connituntur. Ea ſi extitiſſet temporibus antiquorum Græcorum, cum

uigeret eloquentia arbitror addidissent octauũ septem mundi mirabilibus , aut fortasse detracta ab eo numero pharo, quæ erat in Aegypto , septimi miraculi loco haberi potuisse, cum longe antecellere existimetur quicquid unquam uspiam turrium fuerit magnitudine operis, proceritate , firmitudine, forma, atq; artificio . decreuerã patres id opus nobilissimum ad totius orbis terrarum miraculum , spectaculumq́; factum, tacitum præterire. ducebam enim satius illibatum omnino relinquere, quàm de eo pauca dicere, cum opus per se sit toto terrarum orbe fama celebratissimum . Verum aduersariorũ scurrilitas hæc utcunq; me dicere adegit , ut suam huic consessui detegerent insulsitatem tam ab re cauillati . Poteram equidem hancce , & complures alias turres eis remittere , cum plurima alia ædificia tum publica, tum priuata non infabre structa nobis suppetant, quæ illis opponere possemus , forum maximum, pulcherrimæ porticus , amplissima curia, publici consilij sedes, templum præclarum urbis maximum , cæteraq́; diuorum immortalium fana, ac delubra non modo antiqua, sed etiam recens constructa, & nunc etiam surgentia ad antiquorum Græcorum laudem, signis quoq; , & tabulis, ebore, auro cœlato, & argento , corinthijsq́; operibus ornatissima. prætoria item duo uetustissima, basilicæq́; amplissimæ regibus hospitio suscipiendis destinatæ,

natæ. ad hæc præter delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata, ædes ſacræ uiſuntur præclariſſime ædificatæ, ubi uariæ ſacerdotum ſectæ uitam cœlibem ducunt, homines à uulgari uita ſeiuncti, atq; ſemoti, ſacriſq; uoto perpetuo alligati, communia omnia habentes, religioneſq;, & ſanctitates à maioribus noſtris adinuentas tuentur, traditaſq; à pontificibus ſententias, atq; opiniones diuina quadam reconditarum literarum ſcientia integras, intactaſq; cuſtodiunt. cernuntur nunc etiam fundamenta præclariſſimi gymnaſij barbarorum uarijs iniurijs diruti. Vidi ego quoq; ipſe ueſtigia quædã illius antiquiſsimi, nobiliſsimique templi Mephitis deæ, cui uni ante mœnia poſito peperciſſe flammã Cornelius Tacitus refert, cum urbs omnis concremata à militibus Flauianis concidiſſet. Exiſtimatur etiam reliquias apparere illius amphitheatri, ad quod extruendum paulo ante relictos fuiſſe Cremonæ milites Othonianos idem Tacitus ſcribit. Poſt ædium ſacrarum, publicorumque operum ædificia non ſunt contẽnenda priuatorum domicilia non tã opere, aut arte inſignia, quàm uſu, & habitatione accommoda. Quippe q̃ parentes noſtri, maioreſue nobis conſtructa reliquerunt, non ſunt ita laute fabricata, uti ea quæ his temporibus ponimus. Nunc enim ſtrenue ædificatur apud nos Græcorum artibus atq; præceptis, fiuntque omnia ad antiquorum

rationem

rationem propter copiam hominum nostrorum, qui ea optime cadent, ut infra dicemus, cum de ciuium nostrorum ingenijs, artibusq; agemus. nulla uia, nullus uicus, aut angi portus tibi occurret, in quo nõ admireris speciem regiæ urbis. memini olim patres uestrum aliquos, qui in ea ciuitate fuistis cum prætoria potestate mihi dixisse, sibi eam urbem uideri quodammodo exiguum simulacrum, & instar Mediolani. Ea insuper studia ædificandi in ciuitate nostra nunc esse conspicio, adeoq; ciuium animos esse accensos, percupidosq; certatim in patriam congerendi omnia ornamenta, ut intra paucissimos annos sperem eam futuram urbem, ubi omnia rerum excellentium exempla inuisantur, modo otiosa, & pacata in hac pace, & tranquilla libertate permaneat, quam nobis promittere uidetur Cæsaris incredibilis, eximia, ac diuina uirtus, qui omnes suas cogitationes, omnia studia, omnem operam, mentemq; omnem in republi. conseruanda, amplificandaque iam diu fixit, qui toties barbarorum impetus crudeles, ac furibundos sua uirtute retardauit, totiesque dimicatione, ac periculo uitæ suæ immanem, ac fœdam hostium crudelitatem à iugulis nostris auertit dignus potestate, & omnium rerum dominatu. Quibus uero urbs nostra operibus, munitionibusq; antiquitus septa fuerit, non est quod hic elaborem, cũ adhuc firmissima mœnia durent, interq; Italiæ munitissimas

nitissimas urbes habeatur Cremona, tenuiq; ꝑsidio, atq; exigua manu defendi possit, operibus, ac munitionibus satis per se tuta. Dixi etiam superius de agri optima cultura, cum de ubertate terræ in cõtentione, & cõparatione utriusq; regionis disserui. Adde amœnitatem, & salubritatem illius tractus: quis posset oratione pro dignitate complecti tot irrigationes, quibus Papienses oĩno carent, tot prata, tot riuos, tot amœnissima uireta, tot quasi urbanas siluas, fructuosissima pomaria, ubi selectæ, ac generosæ arbores, e diuersis, longinquisq; mundi partibus ascitæ, optimaq; ratione in quincuncẽ positæ non tantum ubertate fructuũ utilitatem, uerũ etiã ad aspectum uoluptatẽ ꝑbent. ubi q̃ſo terrarũ uineta, & arbusta, quæ Gallica uocant, rectius dispositiusue, atq; descriptius digeruntur? Quid de uillarum laute ædificatarũ cõmoditate simul, atq; elegantia? id unum in summa dictum uolo, rus ipsum ciuitatis dignitati ꝑclare respondere. Iã uidetis iudices, quantum Cremonenses Papiensibus ꝑstent urbis antiquitate, originis nobilitate, frequentia ciuium, censu, opibusq;, & plurimarum rerum copia, soli ubertate, atq; felicitate, urbis amplitudine, & splendore, ædificiorumq;, & operum magnificẽtia, plurimisq; munitionum ꝑsidijs, quibus oĩbus rebus Cremona Papiam longe inferiorem esse demõstratum fuit iis, quæ hactenus à nobis disputata sunt, diffusius fortasse,

se. q̄ necesse erat, nihil tamen extra causam à me dictum arbitror, cum mihi retundenda esset eorũ arrogantia, atq; insolentia, qui suam nouitatem, ignobilitatem, solitudinem, inopiam squalorem, cum antiquitate, nobilitate, frequentia, opibus, splendore honestissimæ ciuitatis tam intoleranter ausi sunt conferre, nihil ueriti hominum iudicium. aliqua ẽt interdum inspersimus de ciuitatis nostræ moribus, optimisq; legibus, & maiorum institutis, quibus auditis aduersarij, si naturæ communi, ac uulgari sensu uterentur, non me ulterius progredi sinerent, sed deposita superbia, atq; audacia ijs contentionibus in posterum finem facerent, & socias ciuitates quiescere in otio permitterent, dimouerentque à nobis hanc totam molestiam. Restabat, ut in collatione utriusq; ciuitatis differerem de ijs, quæ posita sunt in sola uirtute à qua omnis recte factorum oritur gloria, nam in ijs, quæ superius memorauimus, tenet aliquam partem etiam fortuna, licet pleraque tam urbis, q̄ ruris ornamenta constare non possũt sine hominum ui, atq; industria. At uero quoniam uirtutis ipsius nomẽ late patet, plurimaq; mihi dicẽda sunt in comparatione p̄stantium uirorum utriusq; ciuitatis in omni uirtutum genere, ut ratio occupationum uestrarum à me aliqua habeatur, cæteram omnem orationem ab huius diei actione seiunxi, & in crastinum reieci.

CREMONENSIUM

ACTIO SECUNDA ADVERSUS PAPIENSES IN CONTROVERSIA PRINCIPATUS.

QVONIAM patres in ijs rebus quibus hesterna actiõe planũ feci ciuitatẽ nostrã papiẽsi municipio lõge ꝑstantiorẽ esse, fortuna aliquẽ locum obtinet, ne Papienses obijcere possint nos cõmendationem quærere solum ab ijs, quæ non sunt nostri, neq; iuris, neq; arbitrij, sed quæ uidentur posita esse in fortunæ libidine, quam Philosophi insanam esse, cæcam, & brutam ꝑdicant, saxoq; instare perhibent globoso, atq; uolubili, & ubi collibuerit, repetere ab hominibus ea, quæ dedit, sæpiusq; ad nutũ summa fundo uertere, infimaq; in altũ tollere, & pro libidine tandẽ omnia exæquare, possem remittere, et condonare aduersarijs oĩa, q̃ proxima oratione de opibus, ac rerum copia disserui, quamuis maiores nostri ꝑsertim iurisconsulti sapientissimi uiri uno uerbo oĩa compendij causa cõplexi bona, ut diximus, appellarunt, summi quoq; philosophi, ut Xenophon, et Aristoteles libros conscripserunt de re familiari tuenda, q̃ ab homine non est contemnenda, dum tamen sit ministra, & corporis

famula. eis etiam condonare possem eorum urbem à nostra facile antecelli tam antiquitate originis, quàm conditorum nobilitate, longeq; ciuium, & incolarũ frequẽtia anteiri, nec tantum eos opibus, ac copijs, uerum etiam splendore, urbisq; amplitudine, & operum magnificentia multo esse inferiores. possem paruipendere omnia, quę heri demonstraui nobiscum facere, ut incertas, & in casu positas possessiones, tanquam fortunæ ludibria, cum multa alia ciuitatẽ nostram commendent, pr̃stantemq; faciant, in quibus nullam, uel certe exiguam partem tenet sors, & ipsa fortuna, quæ neq; eripi, neq; unquam surripi possint, & neq; naufragio, neq; incendio amittuntur, neq; tempestatum, aut temporum uarietate mutantur. Post igitur contentionem fortunarũ, & eorum bonorum, quę extera nominantur, ne utriq; duntaxat ex fortuna aut genere, sed etiam ex uirtute pendendi simus, conferamus inuicem, quæ propria nostra dicuntur. conferamus inquam de utriusq; ciuitatis hominibus agendo optimarum artium scientiam, & maximarum rerum gloriam, quę tota à uirtute proficiscitur, adducamusq; in aciem, & discrimen pr̃stantes uiros uirtutis, ac sapientiæ gloria, ad quam orationem iudices magna spe ingredior. facilem.n. mihi propono, atq; auguror uictoriam, quod sciam me cum inermi, et imbelli pugnare. quod illico constabit, cum primum lucem nostrã

cum

eum illorum tenebris comparare cœpero. Verum priusq̃ patres bellicum canatur, & anteq̃ ad illam concursationem, contentionemq́; perueniam operæ p̃tium mihi uidetur quæpiam de ciuitatis nostræ mo ribus optimisq́; institutis p̃fari. est .n unum ex septem illis, quæ initio orationis proposui, dixiq́; ea efficere posse, ut altera ciuitas alteri p̃feratur, quam partẽ præfatus sum modo me in tota oratione sparsim tractare uelle. Nondum iudices apud uiros plu rimarum artium scientia insignes satis exploratum est, cœli ne, simul, & soli ui quadam naturali eueniat, cur in eo tractu, ubi urbs nostra sita est, plerun que homines acutiores, & uegeta quadam mente p̃diti nascantur, quorum late fere semp̱ patet industria, an id educationi ascribendum sit potius in ciui tate bene instituta, in qua maioribus nostris antiquis simum semper fuit optimas leges, quæ æquitate tem peratæ sunt firmissima uincula ciuitatum, sciscere, induцereq́; ac retinere amplissimam bene uiuendi disciplinam tam uita, q̃ literis, ut eam ciuitatẽ, quã à suis maioribus honestam accepissent, suis posteris semper meliorem relinquerent tanq̃ nati ad laudẽ uiri. Operam in primis darent, ut in ciuitate optimæ artes semp̱ essent, exercitationesq́; uirtutum, quo uiri per se semper acres, atq; industrij in literis uersarentur, & disciplinis, quibus exculti, uariaq́; doctrina perpoliti ad studia summæ laudis accende

rentur, patriæq; , cui omnia debemus, consilio, & auctoritate difficillimo quoq; tpe prodesse possent, q̃ cura, atq; institutio ab urbis incunabulis per omnes ætates in nostris ciuibus perpetua quadam serie tanquam propagata durauit, durat q; ad hæc usq; tempora, perseuerabitq; etiam spero in posterum benigno quodam cæli aspectu nunq̃ eam soli partem deserente, quam leonis astro soli coniunctissimo suppositam, sicut etiam Romam, à qua originẽ ducimus, ferunt ij, qui diuturna cæli, siderumq; obseruatione descriptiones Chaldæorum norunt. esseq; in tutela p̃cipua inter ea sidera, quæ errantia uidentur, Mercurij, & Martis, Ioue nunquam nos non fouente, unde fieri necessario contendunt, ut ea ciuitas fuerit semp̃ non minus bonis, q̃ artibus mœnibus exaggerata, extiteritq; religionis, uirtutis, scientiæ, & optimarum artium p̃petuum quasi domicilium, omnem curam illam, & institutum diuinitus in animis nostrorum ciuium inseri, ut omne studiũ nauent, quo ingenui adolescentes tam Græcorum, q̃ nostrorum monimẽtis, et literis instructi boni sint, et cum primis honesti, atq; ijs artibus, quæ liberos homines decent, imbuantur, polliantur q; educati in alicuius hominis doctissimi, ac moderatissimi disciplina. Hinc fit, ut non solum uirtutis in bello, sed etiam doctrinæ ornamentis, ac p̃sidijs in pace in omni genere, & uarietate, artium etiam illarum, quæ non sine

summo

summo ocio facile discuntur, plerunque ciues nostri excellant, ut neminem inuenias plane alienum à literis. Omnes ut primum sapere incipiunt, sapientiæ studio, ac cupiditate flagrant, Hinc euenit, ut rectissimis studijs detenti, atq; occupati repudiatis libidinum illecebris non totam adolescentiam uoluptatibus dedant lasciuiæ, & luxuriæ frena laxantes, sed se abdicant illis uitijs, quibus ea prona est ætas, cum omnis eorum impetus sit ad laudem, iamq́; in eo ætatis flexu apud illos omnia dignitas põt. ea uero uitia, q̃ adolescentiam, cui inest maxima imbecillitas consilij, insectari solent, raro in nostra iuuentute reperias. æs alienum, petulantiam, libidines, adulteria, inconcessos amores. uitantur ab omnibus æqualibus adulteri, impudici, sequestres, aleatores. quod quidem eo maiore laude dignum duco, quo natura ipsa soli ubertate, & rerum copia, ac saturitate, plura, & maiora blandimenta subministrat uoluptatibus, quibus interdum sopita uirtus conniuere solet. opum.n. abundantia multas uias lubricas semper adolescentiæ ostendit. In ciuitate nostra quocunq; te uertas uideas confertissimos adolescentium cœtus de uirtute, de officio, deq; omnibus, q̃ mandata sunt literis ad omnem humanitatem spectantia disserentes, disputantesq́;, donec crescente ætate euadant in primis temperatis moribus insignes, humanissimi, honestissimi, rectissimisq; studijs, atque

optimarum

optimarum disciplinarum pstantia excellentes. neq; in nostra ciuitate unquam contingit uideri, aut audiri illa immania scelera, aut tragica portenta, quæ ad nos aliunde perferuntur, adeo tetra, & obscœna, ut animus ea referre refugiat. Vbi igitur paulum roboris accessit ætati, se nostri homines aut armis, aut literis applicant. aliqui etiam uersantur in repub. summa laude in rebus gerendis uiri acres, & industrij, prius literis ad omnem humanitatem exculti. de duobus extremis post dicam, si tempus suppetet, aut aduersarij patientur me de re militari disputare, nec potius ultro nobis cedent ingenue se uictos esse confessi, ne in omnibus rebus nimium sibi arrogare uideantur. Porro de literis, deq; optimarum artium studijs, q̃ in umbra, & ocio tractantur, nunc instat nobis agendum. ex ijs qui in umbraculis Philosophorum (philosophiam .n. non tantum late, sed etiam latissime, & ubiq; patere duco) abducti curis uersantur, alij se complures ad ius ciuile, alij ad eloquentiam conferunt. id autem dico de ijs, qui honesto loco sunt nati. nã de alijs, qui sunt humilioris loci, ac fortunæ, post statim subiungam. nec etiam ab oratione nostra summouebo artes, artificesq; inferioris ordinis. De iure ciuili igitur quod semper apud omnes nationes in pretio fuit ob maximarum utilitatum fructum, quas hominum uitæ semper tulit, Placet ne nobiscum Papienses

ut hæc sit de uirtute agendo prima quasi uelitatio. scio nõ detrectabitis certamen, sed potius in aciem, atq; discrimen summa alacritate, ut uideo, prodire gestitis, uobisq; fortasse uidemini in regno uestro, ut ille ait, fore, tutoq;, ac sine aduersario posse luctari propter gymnasium. & prouinciæ academiam, q̃ apud uos publica pecunia prouinciæ, ut infra dicetur, instituta fuit, quo semper magnus est concursus iurisconsultorum aduentitiorum, qui à Cæsare ob cõmoditatem totius prouinciæ conducuntur, ut non tam uestram, q̃ sociarum urbium iuuentutem in huius facultatis studijs erudiant. sane, si unquam in ullo studiorum genere aliquid Papienses fuistis, in hac scientia uos non nihil esse uobis uideri potest. Quid, si conuincam uos, req; ipsa demonstraro uel in hoc studiorum genere præ Cremonensibus nihil esse, aut ullo unquam tempore fuisse? nunquid causæ erit, quin in omni alio disciplinarum genere uicti, dantesq; ultro manus ab hac arena discedatis? Possem iudices in hac dignitatis, & honoris dimicatione, si callide, atq; artificiose agere uellem, imitari optimorum imperatorum artes in belligerando, qui, cum ineundum est p̃lium, in primo congressu non protinus omnibus copijs cõfligunt, neq; statim omnes uires aduocant; sed ut in puerili exercitatione quasi ludicra, cũ acutis calamis res agitur, leui, ut aiunt, brachio primum pugnantes certamen ag-

gre-

grediuntur, eminusq; crebris uelitationibus, ac leuis armaturæ excursionibus hostem prouocant, atq; ad certamen prolicere conantur, demum accenso ubiq; certamine totis opum uiribus nituntur, atque omnes neruos intendunt, & firmamentum totius exercitus in pugnam sufficiunt. Possem inquam in hac nostra altercatione, cum de iuris ciuilis scientia agamus, primo congressu uersute non totas opes nostras explicare, sed ab infimis incipiendo nostros iurisconsultos minutatim producere, & in finem optimos quosq; tãquam firmiora cornua reseruare. At ne iudices uos diutius teneam in re non magnopere necessaria, agam cum aduersarijs aperte, splẽdide, atq; ingenue, nihil tectum, nihil ueteratorium à me expectetis, ut in principio huius actionis mihi ꝓposui omnia bona fide facere, ac dicere. Non igitur eos longo, inuolutoq; artificio callide frustrabor. neue uos longa iurisconsultorum nostrorum numeratione defatigem, multitudini parcens tris primum è nostris nominabo diuersorum temporum non mediocres quidem, aut gregarios, sed post hominum memoriam doctissimos, & p̃stantissimos, qui totam eam facultatem illustrarunt, quorumue p̃stantia iuris scientia amplissimam gloriam est consecuta, cum ijs tribus si aliquem conferre possent ex omnibus, quos ex omni ætate habuerunt Papienses, nihil est causæ, cur recusem, quin secundum eos in hac parte

te

te iudicetis. Existimo non negabunt Cremonensem fuisse Alphenum unum inter illos uetustissimos iurisconsultos, ex quorum responsis totum ius ciuile à Iustiniano Imperatore conflatum, atq; in unum uolumen redactum fuit, id tot ueterum scriptorum testimonijs comprobantibus, qui etiam si minus nobis suffragarentur, certissimo argumento esset, quod nunc etiam apud nos Alphenorum familia extat, imaginemq; clarissimi uiri gentilis sui adhuc seruāt ex ære expressam, eamq; interdum hospitibus, & peregrinis inter uisenda urbis ornamenta ostentare solent. Nominatur etiam adhuc in agro Cremonensi uicus Alphenus, quem ab eius uiri nomine uocatum fuisse exploratum habemus. Quem obsecro uos Papienses inter eos antiquissimos iurisconsultos, qui totius iuris, quo nunc utimur, auctores apud Latinos fuisse comprobantur, huic nostro opponere ualetis? hic unus satis esse posset, ne uos amplius in hoc scientiæ, uel industriæ genere laboraretis, si quis esset in uobis sensus. Alterum non equidem illius ordinis, aut classis, sed aliquot post annos secutum, uetustissimum tamen Ioannem Bassianum suorum temporum lumen iuris ciuilis appellatum adduco. floruit .n. anno à partu Virginis M.CC. fuit pceptor Accursij, & Azonis pclarissimi iurisconsulti ante quem totum ius ciuile, quod latissime diffunditur, in breue uolumen, quasi pcisum cor-

L pusculum

grediuntur, eminusq; crebris uelitationibus, ac leuis armaturæ excursionibus hostem prouocant, atq; ad certamen prolicere conantur, demum accenso ubiq; certamine totis opum uiribus nituntur, atque omnes neruos intendunt, & firmamentum totius exercitus in pugnam sufficiunt. Possem inquam in hac nostra altercatione, cum de iuris ciuilis scientia agamus, primo congressu uersute non totas opes nostras explicare, sed ab infimis incipiendo nostros iurisconsultos minutatim producere, & in finem optimos quosq; tãquam firmiora cornua reseruare. At ne iudices uos diutius teneam in re non magnopere necessaria, agam cum aduersarijs aperte, splẽdide, atq; ingenue, nihil tectum, nihil ueteratorium à me expectetis, ut in principio huius actionis mihi ꝓposui omnia bona fide facere, ac dicere. Non igitur eos longo, inuolutoq; artificio callide frustrabor. neue uos longa iurisconsultorum nostrorum numeratione defatigem, multitudini parcens tris primum è nostris nominabo diuersorum temporum non mediocres quidem, aut gregarios, sed post hominum memoriam doctissimos, & ꝑstantissimos, qui totam eam facultatem illustrarunt, quorumue ꝑstantia iuris scientia amplissimam gloriam est consecuta, cum ijs tribus si aliquem conferre possent ex omnibus, quos ex omni ætate habuerunt Papienses, nihil est causæ, cur recusem, quin secundum eos in hac parte

te iudicetis. Existimo non negabunt Cremonensem fuisse Alphenum unum inter illos uetustissimos iurisconsultos, ex quorum responsis totum ius ciuile à Iustiniano Imperatore conflatum, atq; in unum uolumen redactum fuit, id tot ueterum scriptorum testimonijs comprobantibus, qui etiam si minus nobis suffragarentur, certissimo argumento esset, quod nunc etiam apud nos Alphenorum familia extat, imaginemq; clarissimi uiri gentilis sui adhuc seruãt ex ære expressam, eamq; interdum hospitibus, & peregrinis inter uisenda urbis ornamenta ostentare solent. Nominatur etiam adhuc in agro Cremonensi uicus Alphenus, quem ab eius uiri nomine uocatum fuisse exploratum habemus. Quem obsecro uos Papienses inter eos antiquissimos iurisconsultos, qui totius iuris, quo nunc utimur, auctores apud Latinos fuisse comprobantur, huic nostro opponere ualetis? hic unus satis esse posset, ne uos amplius in hoc scientiæ, uel industriæ genere laboraretis, si quis esset in uobis sensus. Alterum non equidem illius ordinis, aut classis, sed aliquot post annos secutum, uetustissimum tamen Ioannem Bassianum suorum temporum lumen iuris ciuilis appellatum adduco. floruit .n. anno à partu Virginis M. CC. fuit pceptor Accursij, & Azonis pclarissimi iurisconsulti ante quem totum ius ciuile, quod latissime diffunditur, in breue uolumen, quasi pcisum cor

L pusculum

opusculum redegit, eamq; quasi uiam proximam, & compendiariam ad legum scientiam posteris commonstrauit. enodauit insuper sparsim multa, quæ tam in Priscorum iurisconsultorum responsis, q̃ in principum placitis in Codice Iustiniani Imperatoris descriptis magis inuoluta, ac difficilia tanquam glosse mata quædam, ac legum mysteria uidebantur, eaq; omnia plana, atq; illustria fecit breuibus, ac concisis expositionibus, quas mox posteriores usq; in præsentem diem quædam ad eas illuminandas tanquam accensa luminaria semper transcribi faciunt in omnibus ipsarum legum uoluminibus. Hinc eum Angelus Perusinus legum interpres suo dicendi more loquens iuris lucernam appellat, & mundi speculum. Ad hunc quæso quem mihi Papienses adducetis? nihil ne uidetur uobis nos dicere, cum hos præstantissimos, summiq; subsellij uiros uobis obijcimus? Qui q̃so ij uobis uidentur? sunt ne tales, quos præ uestris contemnatis? Tertium addo honorifica semper cum nominis præfatione nominandum Ricardum Malumbram, cuius admirabilem quandam, & incredibilem, & pene diuinam in legibus interpretandis, æquitateq; explicanda scientiam Bartolus, et Baldus, cæteriq; posteriores legum interpretes passim in suis commentarijs summe admirantur, Antonius Butrius autem antiquus iurisconsultus plane attestatur eum fuisse omnium

omnium iurisperitorum suæ ætatis doctissimũ. Accepimus Patauij publice maxima auditorum frequentia, atq; concursu ius ciuile interpretatum fuisse anno à partu Virginis M. CCC X. Bartholus idem insuper eum testatur maximis honoribus cohonestatum fuisse, & in sacerdotum Cardinalium collegium ob eximiam uirtutem cooptatum refert. Respublica, Senatusq;, & populus Venetus utitur adhuc legibus, quas ille eorum uoluntate, ut alter Solon, aut Lycurgus luculentissime præscripsit. Domus tam p̃clari uiri cum honestissima familia hodie etiam apud nos uisitur, eiusq; natalem sedem mira quadam quasi religione ueneramur. Hic paulũ subsistam. Expectabo quosnam uestros inuicem aduersus hæc tria legum lumina excitabitis à mortuis? quid hæretis oscitantes? quid trepidatis Papienses uiri? hiscite hic tandem. Vbi nunc illa uestra arrogantia, & intolerabilis ostentatio? ubi nunc gymnasium illud uestrum quo intoleranter elati omnes sociorum urbes præ uestra despicitis? euocate ab inferis aliquos, qui saltem nostrorum trium uni conferri possint. non arbitror uos tam excordes, aut deliros, ut uobis in mentem ueniãt uestri nescio qui Sacci, Curtij, Opizonij, & Ripij, quorum aliquos modo uiuos uidimus, alioqui non contemnendos, nihil tamen ad nostros. in tali.n.discrimine nõ defensoribus istis Tempus eget, ut illa ait apud eximium

poetam

poetam. Ad istos uestros nominare possem complu res ex nostris longe illis meliores, antiquioresue. Albertum in primis Gandinum, acutissimum suorum temporum iuris interpretem, cuius luculentissima Cōmentaria de Maleficijs leguntur. post hūc Gelliolum Canitellium uirum ornatissimum, cuius responsis, atq; sententijs subscripsit Baldus, & se astipulari ingenue confessus fuit cum honorifica tanti uiri ꝑfatione. Homobonum item, Nicolaum, & Hospertum, qui primus Perusiæ docuit ius ciuile. Plurimosq; alios iurisconsultorum sua queq; ætate, principes, & scriptorum testimonio illustres. pene præteriui copia fatigatus ꝑstantissimum iuris ciuilis interpretem Cremonensem Martinum, qui eodē ferme tpe, quo Io. Bassianus floruit nulli iurisconsulto suorum temporum secundus. ipse etiam ea, q̄ in toto iure erant magis abstrusa, atq; obscura, interpositis quibusdam interpretationibus contractioribus illustrauit, quibus hodie tanta ferè est auctoritas, quanta ipsis legibus propter certam, atq; constantem uiri ꝑclarissimi doctrinam. Excutite oēs ætates. scrutamini omnes ueterum, recentiorumque annales. neminem reperietis, scio, qui cum istis etiam, quos uosipsi attulistis, conferendus sit. bonos sane homines fatemur, neq; omnino ingenio, aut literis carentes, quosue etiam in aliquo bonore inter iurisperitos sui temporis fuisse assentimur, attamen

in

in mediocrum numero habitos dicimus, neq; tales, qui ex eius scientiæ laude possint ad nostros aspirare, nempe non multum interpretandi iuris laude processerunt. Tales ego equidem nostrorũ uel sexcentos ex omni ætate uobis nominare poßem. sed nihil agitis. qui hic sedent, et adsunt in consilio, sunt etiam ipsi iurisconsulti, & ij quidẽ lectissimi, emunctæ naris, et exquisiti iudicij, teretes aures habẽtes non oĩa passim probant. rara quædam uolunt, in quibus sit quædam excellentia. nihil non elegans, nihil non lautum, nihil non selectum, & conquisitũ admittunt. desiderant in hac tanta dimicatione uiros singulares cuiusdam raræ, & reconditæ doctrinæ, industriæq; elegantioris magna ĩstantia, excellentiaq; reliquorum insignes, non minutulos quosdã leguleios è media turba sumptos. Ecquid in nostris habetis, quod non summe probetis? de illis loquor, quos modo omissis cæteris tanquam tria legum lumina, & ornamenta principio uobis proposui, addito mox etiam quarto, quem omiseram. Si municipij uestri oẽs uiæ, oẽs uici, & angiportus, cĩa fora, & templa passim leges ebullirent, nihil adhuc contra hos proficeretis. Quod si nos ad hæc tempora uocabitis, recentioresq; iurisperitos, & eos qui adhuc uiuunt cum nostris conferre malueritis, eodem reuoluemini. idem uobis in nouis, qui in ueteribus, exitus est futurus. opponitis nobis quempiam, qui

honesta mercede conductus in academijs aliqua fre quentia auditorum leges explicat. inepte sanè. eandem cantilenam semper canitis semper uestri similes. Exquisito inquam opus est, & excellente. non negamus profectò istum hominem haberi in doctis nostri temporis iurisperitis, in mediocriter doctis tamen. uiuit adhuc inter nostros, & uiget uir admodum præclarus exquisitæ doctrinæ, & non mediocris ingenij, qui multos annos longè maiori auditorum celebritate, q̃ quilibet uestrorum in omnibus Italiæ academijs hanc artem docuit, doceretque etiam nunc, nisi ob eius uirtutem à Frãc. Sforcia ad aliud uitæ genus longe præclarius translatus fuisset, ut in uestrum ordinem cooptatus uobiscum maioribus causis iudicandis præesset. postea, ut de Malumbra memorauimus, etiam ad altiorem dignitatis gradum sacris initiatus euectus est. Omitto immensam siluam iurisconsultorum, qui aut etiã nunc sunt superstites, aut nostra, patrumq; memoria fuerunt alicuius nominis. tum quod mihi proposui neminem nostrorum, qui adhuc uiuat, in hac oratione nominare, tum ut uobis uiam præcludam, ne ex infima turba, & colluuione patronorum colligatis, quos huc obtrudatis. Vt tamen aliqua ratio etiam recentiorum à nobis habeatur, afferam constantissimam rationem, quàm nunquam poteritis aut eludere, aut infirmare. Est cuiq; uestrum patres satis

exploratum Fran. ipsum Sforciam, quem sæpe honoris causa nomino, cum primum Mediolano, atq; huic imperio præfectus fuit, omnem curam, ac diligentiam adhibuisse in Senatu cooptando, ut erat uir certi, exquisitiq; iudicij · omnis eius cogitatio, atq; intentio fuit, ut tam graue, sanctumq; collegiũ, primum ex optimis quibusq;, ac p̃stantissimis con flatum esset, deinde ut in primis nostrates, hoc est, ex prouincia sumerentur ad tantum munus, quibus tantam suæ ditionis, & imperij partem concrederet, tantumq; magistratum mandaret. Ad tam exiguum numerum conficiendum statim multos in ciuitate nostra reperit, qui hoc dignitatis gradu sibi digni uiderentur, sed ne alijs prouinciæ ciuitatibus inuidiosum foret, tris tantum excerpsit nemine apud Papienses inuento, quem sponte sua eo honore ornandum duceret. cõquerentibus tamen ob id Papiensibus, & enixe postulantibus, ne ciuitatẽ suam ignominia tacite notaret, uix unum admisit. & coactus fuit ad externos se conuertere, & de exteris hominibus numerum supplere, hanc ob rem memoratur uir ille acutissimus cum aliqua animi commotione dixisse ciuitatem Papiensem simillimam sibi uideri lapidis in uia erecti, qui uiatoribus iter quidẽ commonstrat, ipse autem nunq̃ mouetur. habere siquidẽ illos magnam ex academia, quæ est apud eos, commoditatẽ addiscendi, sed illam tantum esse usui

alijs,

alijs, ipsis autem, quibus maxime deberet, parũ prodesse. cum igitur nulli in iure periti neque ueteres, neque recentes uobis suppetant, quos in aciem aduersus nostros, & plurimos, & præclarissimos adducatis, id est cum in hac contentione uobis non oĩa non desint, restat ut de iuris scientia in hac concursatione ne uerbum quidem posthac facere audeatis Papienses, neq; ullam hinc dignitatis commendationem ducatis omnibus rationibus ne dum uicti, sed etiam obruti. Veniamus ad Philosophiam, cuius nomen, propter eius uim ubiq; diffusam, latissime manare dixi. Ecquem habetis in promptu ex aliqua ætate, aut memoria, quem adducatis in medium, cuius nomen per se sanctum sit, & uenerandum? Ego equidem omnes ferè Italiæ bibliotecas maxima cum diligentia perscrutatus reuolui. neminem unquam Papiensem, neq; bonum, neq; malũ scriptorem in grauibus disciplinis offendi. edite uos, si quos habuistis aliqua pstantia excellentes, qui forte, cum essent doctissimi, cõtenti tamen suis latebris maluerunt sibi scire, q̃ alios docere, aut si alios quidem docuerunt, noluerunt tamẽ, ut de Socrate memoratur, quæ scirent, ppetuis monimentis, memoriæq; hominum prodere. Agite inq̃ prodite, si quẽ accepistis inter maiores uestros fuisse alicuius nominis in aliquopiam genere disciplinæ, q̃ à philosophia emanet, aut etiam in mathematicis, & in omnibus

alijs

alijs artibus, quae dignae semper habitae sunt homine libero. ignoro hercle ego quemnam ex omni aetate hoc loco nominare possitis, nisi fortasse ad recentiores uos referatis, & Mathaeum Curtium in medicina non contemnendum adducatis, quamuis fortasse occurrent illi, qui Clementis septimi immaturum interitum adhuc deplorant. fuerit utcunq; tanti pontificis obitus. non omnes sanat medicina, multosq; etiam absq; medici culpa interire est necesse. Quem alium aliquo literarum genere clarum afferre possitis, mihi plane nusquam succurrit, nisi uelitis mediocrem quempiam de turba, & ex aliqua obscuriore sentina excerpere. At ego si quotquot nostra ciuitas creauerit in omnibus disciplinis praestantissimos recensere uoluero, erit difficilius huius orationis exitum, quam initium inuenire. Seligam igitur iudices ex omni genere aliquos, quos fuisse excellentis doctrinae, atq; industriae constat, neq; aduersarij inficias ire poterunt, cum etiam illi sint grauissimorum scriptorum monimentis perpetuis cõmendati. Mihi (ut dixi) consulto proposui neminem nostrorum, qui adhuc uiuunt ad euitandam inuidiam nõminare, cum complures, eo ingenio praestent, ea optimarum artium doctrina, ut doctissimi post hominum memoriam habeantur, quorum famam propter eorum scripta, nulla unquam obscuratura sit obliuio. non enumerabo quotquot Cremona feracissima ingeniorum nostra, pa-

trumq; memoria, uel ēt paulo superiore ætate tulerit uiros ꝓclaros in theologia, cui uni tanꝗ omnium scientiarum reginæ cæteræ disciplinæ, & philosophiæ ꝑtes oēs ancillantur administræ, atq; pedisequæ. Possem hoc loco inter optimos theologos iure recensere ciues nostros adhuc uiuentes, qui hanc seu scientiam, seu scientiarum quoddam quasi columen, ad quam omnes aliæ referuntur, eloquentia cumularunt, atq; Latinis literis adhibitis oratorijs ornamentis ad omnem elegantiam, & splendorem, tum uersu, tum soluta oratione illustrare pergūt. de quibus suo loco postea agemus. His igitur omissis multitudinem quantum possum deuitans unum Eusebium antiquissimum theologum adduco, qui fuit Hieronymi sanctissimi theologi discipulus, floruitq; temporibus Ambrosij, & Augustini Antistitum, non minus doctrina, ꝗ sanctitate clarus, parque illis ipsis, quos modo nominaui, ueteris sanctitatis pariter, & doctrinæ exemplum, in quo cum nihil habere possitis, quod improbetis, neq; cui parem conferatis, omissis Sicardo ciue, et Epo Cremonensi, necnon Gelelmo eiusdē pariter urbis antistite, qui primus Papiæ theologiam docuit, Simone item monacho, & Io. Francisco Faerno, quem ego uidi nostris temporibus in sacris literis pro oraculo haberi, cæterisq; ꝗplurimis eiusdem ordinis, et classis theologis, transeo ad alias disciplinas. Quotiis rogo uobis uidetur

Apollinaris

Apollinaris philosophus? qui ex honestissima Orfidiorum, seu, ut corrupte dicitur, Offredorum nostrorum familia ingeniorum fertilissima, pdijt, quiq; inter alia suæ exquisitæ doctrinæ monimenta illos aureos Cōmentarios in libros Aristotelis de anima cō scriptos edidit, quos usitato iam ꝓuerbio ipsius Aristotelis animam Philosophi recentiores uocant, eosque in scholis simul cum ijsdem Aristotelis libris legentes, & explanantes exosculantur, & in delicijs habent, atq; in oculis. est.n.aureolus totus, & ad uerbum ediscendus libellus. Quotus etiam in eadem scientia uobis uidetur Gerardus Sabloneta, qui inter suæ ætatis Philosophos facile princeps fuit, tam multarum, & optimarum artium scientia, q̃ eloquētia insignis? Hic, cum sermonem, & linguam multarum nationum calleret, Auicennæ Arabis, & Almansoris libros latinos fecit. Hisce duobus p̄stantissimis philosophis cōplures alios cūm ætatum honestissimos annectere possem, sed in hac collatione minime necessarium duco, cum aduersarij neminē uspiam habeant, quem nobis opponant, cōstat etiam eosdem duos sua quenq; ætate, in medicina principatum tenuisse, q̃ ars cum primum cognita est ab hominibus, non tantum q̄stuosa, sed etiam summo semper fuit in honore. si quidem, qui se ad philosoohiam contulerunt, non unam tantum scientiam adepti sunt, sed eorum late diffunditur industria, rariq; op

timi philosophi euadunt, qui non medicinam quoq; facere, uel saltem noscere, ac discere uelint. Habuit .n. nostra ciuitas pter hos duos pclaros medicos patris mei memoria nobilissimum, ac pstantissimum Io. Baptistam Plasium, qui etiam in Mathematicis disciplinis, ut postea dicam, cunctos suæ, posteriorisq; ætatis supauit. Multos alios ptereo doctissimos medicos, quos hoc loco minime est necesse recensere. eorũ uero, qui adhuc uiuunt, quanq̃ proposuerim neminem nominare, attamen uix hic mihi temperare possum, quin omisso pposito, ruptisq; repagulis extra cancellos longius excurram. habet .n. nostra ciuitas in psenti eos uiros, ea excellentia pstantes, qui si aliquo graui casu, eluuione, aut terrarum exustione, aut pestilentia, uastitateùe omnis medendi ars amissa intereat, facile eam denuo excitare posint. Aditur undiq; mediusfidius urbs nostra tanquam olim Epidaurus ad opem ab Aesculapio implorandam. ex omnibus partibus non modo Italiæ, sed etiam ex alijs puincijs huc cõfluunt, ut quondam nõ tantum ex omni Græcia, sed etiam ex toto terrarum orbe ad Delphicum oraculum, pp spectatissimam medicorum nostrorum industriam, quorum incredibili, ac propè diuina scientia, uulgatum est in tota Italia, etiam mortuos è rogo Cremonæ reuiuiscere. neminem nomino, tamen bona pars uestrum patres intelliget, quem dicam. Viuit. uiuit

adhuc,

adhuc, ualetq; apud nos, licet iam in pcipitata ætate, omnium medicorum nostræ ætatis facile princeps, non infimo loco nostræ ciuitatis natus, ex ea ipsa antiquissima familia, quam optimum philosophum, eundemq; medicum tulisse commemoraui. Hic exquisita quadam medendi ratione præditus aliquos quotidie sanando, qui periculose ægrotabant iam prope desperati, comploratiq; ab omnibus, ut aliquis medicinæ deus imploratur, & à finitimis ciuitatibus iam usitato nomine Cremonensis Hippocrates uocatur. Ad artis rationem, quam ex optimis Græcorũ, Latinorumq; auctoribus haurit, addidit quoq; experimentum ipsius disciplinæ, & rerum usum. nec tam ex libris didicit herbarum multiplicem, atq; reconditam uim, q̃ ipsas herbas ipse inspicere uoluit, & explorare, nosseq;, quo quæque non tantum nomine uocetur, sed etiam qua forma, ac figura sit, ut pictu etur, an earum facies descriptioni antiquorum medicorum respondeat, ne in errorem, ut multi alij, prolabatur, aliamq; pro alia medicaminibus adhibeat, q̃ res nostra tempestate pp herbariorum inscitiam maximum mortalibus affert incommodum. uix unq̃ hic noster errare posset cũ optimorum auctorum lectione, tum longinqui temporis usu, ac periclitatione experientissimus. Adde hominis per se ingenui faciem pquàm liberalem, uultusq; alacritatem, atq; iucunditatem, quem etiã,

cum

cum ad ægrotantem uenit, de industria componit, dulciq; quadam hilaritate inspergit, atq; perfundit ad hæc accedit assiduitas illius, & benignitas, sermonisq; suauitas, ac festiuitas semper secunda pollicendo. Ante omnia studet ægrotantē à tristitia, atq; acerbitate abducere totus hilarulus, totus lepidulus. blande siquidem semper appellat, quos tristiores uidet quasi atra bile teneri, acuto, atq; hilare dicto festiuus, ut deliniti blanditijs medici humanissimi, medicinæ remedia, licet fortia, & austera, non auersentur. Odi ego equidem quosdam horridos, tristes, ac seueros, non medicos, sed Rhadamanthos superciliorum remissione, buccisq; fluentibus, & uisu ingratos, tristiq;, & recondita natura nulli affabiles, qui mortem unici gnati immaturam semper lugere uidentur, ut uultu, ita etiam sermone duri, difficiles, inculti, tetrici, atq; ieiuni. at nostri senis humanitas, iucunditas, atq; suauitas magnæ leuationi semp̄ ægrotis fuit, quibus rebus præditus semper iudicatus fuit inter medicos implere omnes numeros. iccirco summe desideratur ab omnibus, qui graui, ac periculoso morbo laborant, undiq; summope aditur, deposcitur, atq; expetitur. si quis eius nomen nunq̄ audierit, neq; eum de facie norit, cum primum hominem uiderit, nequaq̄ effici possit, quin ei Homo bonus statim uideatur, ac iudicetur. Si ēt ad Chirurgiam, q̄ est aliqua pars medicinæ,

cinæ, descendere uelimus, habemus in ea arte peritissimos homines, qui uulnera noua quadam adhibita curatione citra sectionem, ustionemùe celerrime sanant. nonne ex tota Italia, multisq; ex prouincijs, qui calculo laborant, ad nostros confugiunt, quos ipse uidi ex uesica hominis, senio morboque confecti lapidem oui gallinacei magnitudine longi temporis negligentia, atq; incuria cõcretum extraxisse, eũq; sectum, qui præ dolore, acerbissimoq; cruciatu modo mori cupiebat, post tertium, aut plurimum quartum diem incolumem, optimeq; ualentem euasisse. Audiui sæpius ab ijs, qui medicinam instituunt, optimum medicum esse non posse, qui non humani corporis partes omnis non tantum extrinsecus, sed ẽt interius p dissectionẽ humani cadaueris, q̃ ἀνατομίαν uocant articulatim inspexerit huius rei peritissimus in oĩbus medicorum academijs tota Italia, et p prouincias nomen suum nobilitauit ciuis noster adhuc uiuens, Cremonensem: medici iam uulgato nomine uocant, ne aduersarij nostratem esse negent. Hic totum hominis damnati recens cadauer è carnificina auectum minutatim dissecans proponit medicis cẽs particulas paulatim inspiciendas, ut explorare possint, q̃ sit humanæ carnis natura, q̃ cõpositio membrorum, q̃ ùe ossium, neruorumq; conformatio atq; coniunctio q̃ medullarum uis, undeùe initium habeant singulæ uenæ, quaùe eæ, & quousq; diffundantur

dantur p corpus, utq; omnes arterias introſpiciant, oēs ſanguinis riuulos, & uias ab inteſtinis tam ad iecur q̄ ad aliam partem ductas atque directas, oēs item ſpiritus meatus, & receptacula, omnes muſculos, & cartilagines, leuiſſimasq́; membranulas, tunicas, ſinusq́;, & radios, omnes articulos, exta quoq; tota, & inteſtina, atq; eorum fibras. totamq́; demum hanc naturæ tam diligentem fabricam contemplari ualeant. nunq̄ aut plus, aut minus q̄ expediat concidit. ſed ad formulam antiquiſſimorū medicorum eam partem, quam conſtituit, enucleate deſecat. Neq; uero iſtæc tantum manu tranſigit, uerumetiam de ijſdem in ſcholis magna auditorum frequentia doctiſſime, ac ſubtiliſſime diſputat: à ciuitatibus pmagna mercede conductus, ſemper paratus q̄rentibus omnium, q̄ ad artem ptinent, Phyſicam rationem reddere. Tranſeamus tandem hinc ad alias diſciplinas, nihil tamen comparandi cauſa elaboro, cum p̄terea neminem habeant aduerſarij, cuius nomen ſit hoc loco dignum, operā .n. pderem ſi diſiunctiſſima inter ſe comparareconarer. In Mathematicis maximum noſtri ſtudium ſemp poſuere, cum ea non ſine ſummo ocio diſcantur, quod magna in obſcuritate rerum, et recondita arte, multipliciq́; atq; ſubtili uerſentur. ille idem Gerardus Sabloneta, quē ſupra p̄clarum phyſicum, & eundem medicum cōmemorauimus, tamē oēs diſciplinas uni Geometriæ

metriæ ſemper poſthabuit, quod eam omnibus ſcientijs certiorem noſſet, Phyſicas.n.rationes ꝑſuadere quidem fatentur omnes, ſed Geometras certis, ac neceſſarijs demonſtrationibus, q̃ minime uitari poſſunt, cogere affirmant. ideoq; in ea arte omne ille ſtudium ponebat, familiari etiam ſermoni inſerens ſimilitudinis gratia lineamenta, formas, interualla, & magnitudines. hunc non tantum ſua ſcripta nobilitarunt, uerum quoq; aliorum qui de eo ſcribunt, monimenta illuſtrem reddidere, licet etiam ꝓpter inuidiam obtrectatoribus non caruerit. Idem reliquit in noſtra ciuitate cõplures ſuæ intelligentiæ hæredes, exhæredesq; uſq; ad noſtra tẽpora, in quibus quoſdam etiam noui, qui ſine docente, ſine literis, ſed ſolo ingenij acumine intima artis penetrarunt, ut de omnibus Geometricis partibus, non modo apte, & congruenter, uerum etiam copioſe loqui poſſint, ſi quid quæſtionis coortum fuerit de circuli, aut quadrati, uel alicuſpiam alterius figuræ dimenſione, ſemperq; in ore, et ſermone habent, aut Eucliden, qui de ijs cumulatiſſime ſcripſit, aut Archimeden. In Arithmeticis quoq; exercitati, ſtudioq; immoriuntur dimetiendi cœli, & terræ rerũ ſuarum negligentes, totiusq; humanitatis obliti. iamdudum geſtit mihi animus in his ſtudijs Mathematicis immorando ad Aſtrologiam uos prouehere, neq; mihi magnopere eſt neceſſe huc iterum euoca-

re eosdem ipsos pclarissimos uiros Gerardum Sablonetam, & Plasium, qui apud nos hanc artem scriptis luculentissimis illustrarunt, cum doctissimorum hominum qui historiam scripsere, testimonijs, ac prædicatione iam positi sint extra aleam, neq; ullus in hisce studijs uersatur, qui non utriusq; libros sibi diligentissime legendos, ac perdiscendos necessario arbitretur. Permittamus igitur ambos in sua quenq; gloria quiescere hominibus potius suspiciendos, admirandosq;, q̃ patiamur eos à quoq̃ indigne redigi in ordinem. Fuit ante Plasium Leonardus Maniardus, qui suo tempore non tantum inter nostros, sed etiã inter omnes in ijs studijs tenuit principatum. Habet ꝑterea Cremona hac ætate uiros complures ꝑquam doctos, qui cœli rationẽ, & Chaldeorum placita diuturna siderum obseruatione optime callent, neq; unquam in Mathematicis descriptionibus errare conuinci potuerunt. hi quotidie non tantum defectiones Solis, & Lunæ multo ante nobis ꝑdicunt, neq; solum uident, quo in signo quæq; errantium stellarum quoq; tempore futura sit, quoue die cuiusuis signi ortus, quoue occasus ꝑpetua cœli, ac siderum ratione tam eorum, q̃ certis locis infixa sunt, q̃ q̃ haud re, sed uocabulo tantum sunt errantia, uerum etiam, ut est Chaldaicũ ꝑdicendi genus, ꝑsignificant mirandum in modum, quid cuique porrò sit euenturum, & quo quisq; fato natus, &

quod

quod incredibile uidetur: raro mentiuntur, cum tamen Eudoxus in Astrologia facile princeps dicatur scriptum reliquisse, Chaldæis in ꝑdictione, & notatione ex natali die minime esse credendũ. Tantum hoc studium nostris hominibus menti insedit, ut quemadmodum de Geometricis memorauimus, cætera omnia tam publica, ꝗ priuata in ijs solis occupati negligant, inter illos ego aliquos quoque sum admiratus, qui nunꝗ ab ullo, neq; Græce, neq; Latine didicerint, sed penitus grammatica nescientes, & omnino literarum expertes, tamen abundantia ingenij, naturæq; ipsius habitu prope diuino, per se ipsos artis abdita, atq; recondita hausere, eaq; optime callere iudicantur, cum in hominum cõuentibus, & circulis cum doctissimis uiris consuerint de difficillimis q̃stionibus quotidie disputare, barbaris quidem uerbis, ac uulgaribus, sed exquisitissimis rõnibus, q̃cunq; dicunt, probant, ac firmant, recteq;, & ex arte constanter semper loqui iudicati sunt. Quod mihi quidem uidetur contrarium illi, quod de Arato dicitur. ille siquidem ignarus Astrologiæ scripsit uersu ne dum apte, sed eleganter de Astrologia. hi uero scriptionis omnis expertes, & ignari ad artis abditissima accedunt plus intelligentia, ac cognitione assecuti, ꝗ lingua, aut calamo. utcunq; sit, quacunq; industria id faciant, illis relinquo. mibi certe non potest non mirum uideri, quod non modo tem-

pestates, & temporum uarietates, cœliq; mutationes ueris prognosticis multo ante p̄dicant, q̄ eueniant, cum huiusmodi uariæ cœli species non semp̄ certo aliquo signo cōmoueantur, sed interdum obscura etiam ex aliqua causa concitentur, aliaq; quandoq; sit tempestas Cremonæ, alia Placentiæ. p̄dicunt p̄sæpe, me audiente, p̄cellas, tēpestates, naufragia, ruinas, incendia, bellaq;, & pestilentias, annonæ quoq; futuram, aut uilitatem, aut caritatem, & q̄cunq; cuiq; euētura sunt, raroq; in suis p̄dictionibus mentiūtur, ut aliquis credat eos potius ariolari quadam diuina p̄sensione, & cœlestis mentis instinctu, q̄ aliqua certa ex causa deprendere ea, q̄ p̄monent. Cæterum etiam in ijs artibus, q̄ ad augendam rem familiarem inuentæ sunt, habet nostra ciuitas, semperq; habuit egregios artifices. In pictoribus, et ijs, qui signa fabricant, quanta solertia, ne dicam prudentia? quanta dignitas? De Architectis uero quid dicam? quorum industriam facile quiuis cognoscere pōt tam ex templis, publicisq; opibus, q̄ ex priuatorum domibus recentissime in urbe nostra exædificatis. usq; adeo omnia in ijs exacte quadrant, suisq; numeris respondent oīa, ut nihil hactenus à quoquā deprensum sit, in quo peccatum fuisse argui possit. Nec Cremonæ tamen angustijs eorum laus circunscribitur, sed latissime tenditur p̄ totam Italiā diffusa. Quicunq; uspiam ædificia magnifica moliuntur,

eos cōsulunt, eorūq; industriam, et artē expetunt, atq; aduocant. porrò incredibile est quantæ magnitudinis, aut ponderis moles nulla neq; opa, neq; impensa, sed exquisita quadam ratione moueāt, q̄ ingentes colūnas apposita machina facillime in altum tollant, substructionibusq; apponant. Age uero cæteris in artibus quanta sit nostrorū p̄stantia. Aurifices, & qui argentariam faciunt, cælatores, uascularij, & qui fusoriam exercent (nam de nauis aratoribus, agricultoribusq; dixi heri, cum de optimi soli ubertate agerem) molliter, et affabre excudendo, formando, poliendo, ac collustrando ad antiquorum laudem puenere. Quid, qui fidibus, & tibijs canūt? Citharœdi, Aulœdi, Symphoniaci, cæteriq; musicorum pstudiosi? qui sutrinam instituunt, qui textrinam faciunt, qui tonstrinam exercent, & ut eos attingam omnis, quorum non tam opæ, q̄ artes emuntur, trapezitæ, zonarij, phrygiones, fabriferrarij, lignarij, tignarij, nauium ædificatores, cementarij, figuli, nusq̄ elegantius, nusq̄ mollius, et exactiūs horum opa pficiuntur. Pene oblitus fueram, dum ad maiora propero cōmemorare, q̄ late diffusa sit nostrorum hominum mercatura, qui rem suam bonis, & honestis rationibus augent; non sordida quidem, aut tenuis, sed magna, & copiosa, ideoq; p̄clara, & quodammodo generosa pp magnitudinē quæstus, & rerum, quibus abundat, copiam. In hoc

industriæ genere nulli fere Italiæ ciuitati ꝓ opibus, & facultatibus secunda est nostra ciuitas, cum intulerit eos uiros, qui in ijs studijs, & negotiationibus foris nomen suum nobilitarunt, tum ꝑꝑ cõmercium, quod habent cum regibus, & principibus uiris, qui ab eis persæpe grandem pecuniæ summam mutuam sumunt, tum ꝑꝑ amicitias, quas ubiq; gentium cum multis negotiando contrahunt. Nõ diffitebitur Cæsar bellum, quod in Germania nouissime maximum confecit aliqua in parte sustentatum fuisse à mercatoribus Cremonensibus, qui in ciuitatibus septentrionalibus negotiantur, neq; hic noster Ferdinandus, qui eo tempore summam belli administrabat, dissimulabit eosdem sibi etiam in re priuata, ac familiari alicui usui fuisse. Illiberales uero q̃stus, opas, atq; seruitia alijs ciuitatibus relinquo, liberaliterq́, concedo. qui à mercatoribus mercantur, quod statim uendant, qui ue in sella quotidie sedent ad solitum q̃stum, est .n. in illis ipsa merces seruitus, tabernarios omnis, aquarios, baiulos ad deferenda onera ualentissimos, & omnem illam fæcem ciuitatum. sibi etiam habeant artis, q̃ ministræ sunt uoluptatum; cetarios, lanios, cocos, pistores, fartores, dulciarios, ut ille enumerat, & omnes belluelas, addo istis unguentarios, saltatores, aleatores, ludoq; talario deditos, & id genus nugarum. Has ego iudices inferioris ordinis artes ad uitæ humanæ cõmoditatem

inuentas,

inuentas, q̄ longiorem orationem desiderabant breuiter, summatimq; pcurrens artifices ipsos generatim potiusq̄ sigillatim laudaui. quoniam uero est in manu & facultate cuiusuis oratoris hac ratione amplificare quodlibet, uel contemptissimum oppidulū, omniaq; mentiri, & temporis causa fingere, atque oratione uolitare, p̄sertim, si apud eos dicat, qui rei notitiam nullam habent. ne me eum esse arbitremini, qui de artificibus agens non q̄ ppria sint nostræ ciuitatis ornamenta pprie, & uere memorauerim, sed collegerim oīa pmiscue, ut quæq; in mentem ueniebant, q̄ summæ, regiæq; cuilibet metropoli conuenire possint, cum longum esset, uobisq; pmolestū singulos īstantissimos uiros in quaq; arte recensere, compendio studens opepretium duxi unum tantum hoīem, quem bene nostis uobis pponere, ut sit quoddam quasi specimen, quod in uno de reliquis omnib' fidem facere possit. Non uos p̄terit Patres iāpridem in hac ipsa regia urbe uestra nutu huius nostri Gonzagæ datum esse negotium cuidam Cremonensi in arte fabrili omnium rerum præstantia excellenti, ut Cæsari horologium admirandi, inusitati, incredibilisq; artificij fabricet, quod non modo Solis ab ortu ad occasum commeantis cursum quotidie dimetiatur, diemq; in XXIIII. horas æquabilibus spatijs diuidat machinationibus, uiq; occulta, aut ponderum impellentium, aut ferreæ laminæ uiolenter

accuruatæ,

accuruatæ, axiq; circunuolutæ, et semp ob ferri naturalem rigorem ob nitentis, & se euoluere conantis, ut etiam fit in uulgaribus horologijs, sed totius cœli statum, mundiq; naturam, & formam continenter se mouendo imitetur, ut inde semp pnoscere possimus, in quo statu sit cœlum, q̃ue existat, eius forma, atq; non modo in quo signo, sed etiam in quota eius parte sit tam sol cæterorum luminum dux, & princeps. q̃ etiam q̃q; stella, & omnium signorum ortus, atq; obitus certo, atq; immutabili ordine, suo quosq; tempore pdiscere, solstitia item, et brumas, sole ulterius non prægrediente, & curriculum conuertente, initium quoq; ueris, & reliquarum anni partium diuersitates insup dierum, ac noctium, tam cœli commeantis flexu, quàm diuersitate regionum terræ ipsius, tum medium noctis quoq; anni tpe, & meridiem, tum fastorum dies, tam eorum q Solis, quàm qui Lunæ cursum sequuntur, quos mobiles appellamus, Solis quoq;, & Lunæ accessus, & decessus, eorumq; uarios defectus, quo etiam tpe quæq; stella nobis oriatur, & occidat. Arbitror patres neminem uestrum esse, qui non uiderit opus illud admirandum, inusitatum, & quodammodo portentosum, iam pfectum, expletumq; omnibus suis partib' et numeris, in quo egregius artifex eximio ingenio, studioq; ad inuestigandum incitato æmulatus fuit Dei ipsius diuinum, inenarrabile, immemorabile, et

antehac

antehac non imitabile opificium in mundi uniuersi, atq; in totius naturæ fabricatione, ita omnia cœli momenta, cunctosq; orbium cœlestium motus, quibus ipse ipsum conficitur, solerti, ac subtili æris, ac ferri fabrica est assecutus. uidistis q̃ fabre expresserit astra oĩa tum fixa, tum errantia, ipsorum errantium cursus imitatus, ꝓgressionesq;, et reuersiones, oẽs item stellarum traiectiones, ut singulas, immutabilibus spatijs ab ortu ad occasum cõmeare faciat, ut uarios annos unius astri reditio conficiat signis omnibus, cæterisq; astris ad idem principium ꝑ circulos suos reuocatis, ut signorũ ortus, & obitus seruent semꝑ eundem ordinem, ut errantes stellas, ut quæq; citima est, aut extima, faciat suos cursus æquabili ꝓportione tenere multum inter se, aut altitudine, aut humilitate distantes, ut celeriter semꝑ Luna, q̃ citima est, cursum suum, ac curriculum conficiat, Saturnus uero, qui est ultimus, semꝑ annis saturetur. Quis q̃so non admiretur in tanti opis fabrica, cum uideat, ut mirabili uarietate, atque ordine incredibili neuem orbibus, uel si magis placet globis connexa sint omnia, è quib' octauus in partis XII. quas signa uocant, distributus omnes interiores alios arcens, & continens cõplectatur, ut in illo infixi sint illi qui uoluuntur, stellarum cursus sempiterni, ut eidem subiecti sint septem globi illi, qui retro uersantur contrario motu, atq; cœlũ, ut sua unicuiq;

o stella

stella hæreat. & sic ut in cœlo, ita quoq; hic pariter errare credas, ut inter eas moderator oīum sol sicut mediam regionem ita quoq; principatum obtineat, cunctaq; lustrare uideatur; & luce sua cōplere. eū tanq̄ tēporum auctorem, et moderatorem miro artificio circunferri fecit, & usq; ad brumale signum accedere, nec ultrà ꝑgredi; sed statim referri, & sensim ascendere in diuersam partē atq; V. diebus, LXq;, & CCC. addita quarta ferè diei parte conuersionem annuam conficere, & ut uere cœli fictor æmulatus illum æternum mundi fabricatorem, & effectorem deum, cum ipso sole facit cætera astra penetrare. Non ignoro patres complures alios fabros uobis posse totam sphæram semel inuentā, atq; introductam ab alijs, omnesq; mundi orbes, aut globos fabricari, tam ex solidis, q̄ ex planis seruata pæequa ꝓportione spatiorum, ut terra mediū ad uniuersi cœli cōplexum quasi puncti instar obtineat, ut ipsi nouem orbes, ac globi inter se iuxta mundi rationem distent: fabricabunt etiam isti, & axes, & polos, & quas absidas, uocant, notabunt item signa omnia, uentorum quoq; regiones, orbem lacteū, anguesq;, & quinq; zonas mundi, oēsq; cœli dimensiones, inclinationesq;, quas κλίματα uocant, diuisiones insup signorum, atq; interualla, & gradus, graduumq; minutissimas, & prope infinitas particulas, omnia demum, ꝓut se habent in sphæra, fabrili industria

li industria tibi pfecta dabunt, & totius cœli formā etiam sideribus ornatam apte excudent, neq; .n. est adeo exquisitæ industriæ ea, q̄ aliquis prius adinuenit semelq; confecit, imitatione alium assequi, atq; etiam inuentis aliquid addere. At hic noster non tantum ea omnia ære, & ferro magis affabre, elegantiusq;, q̄ cæteri omnes, fabricatus est, ut nihil tā cōpositum, tam compactum, tam coagmentatū inueniri q̄at, uerum etiam, quod nemo adhuc inuestigare potuit, ad unius octaui circuli motum oēs alios interiores orbes, totamq; illam machinam ad mundi ipsius numeros, & rationem moueri, & in ppetuum contorqueri fecit, tam uarijs, tam inæquabilibus, tam uagis, tam dissentaneis, tam interdum contrarijs motibus, nunc pnis, nunc supinis circulis, nunc rectis, nunc obliquis, sæpe ēt transuersis in orbem tamē cōmeantibus, ut nihil motu cœli ipsius, ac mundi fiat, qđ hic quoq; non repræsentetur, ut inq̄ tarditate, & celeritate dissimillimos motus una regat conuersio, cuius nutui omnes alij motus obtēperent, oēs sint in officio, inter se concinentes, atq; concordes, & munus, quisq; suum, obeant, cum id opus inusitatum patres cōtēplor, desino admodum admirari mundum illum, quē tantope, tanta inq̄ puidentia in Timæo ædificari fecit Plato, cum prius mihi nihil eo descriptius, nihil dispositius uideretur. Nihil pfecto ab hominis ingenio, solertiaue ul-

terius expectare possumus, nisi forte uelimus, ut ad æmulationem illius æterni opificis tonet etiam, fulguret, fulminet, nubes congreget, Irides uarias inducat, pluat, ninguat grandinem, & pruinam, roremq; creet, uariosq; uentorum flatus, procellas, turbines, conciat, atq; tam turbidas tempestates, q̃ serenitates, terræmotusq; interdum subditos efficiat, rerum insup inferiorum ortus, & interitus moliatur, q̃ opa sunt unius rerum omnium ꝑpotentis Dei. Rogatus ego olim ab eius amicis, quonam nomine tanti opis fabrica apte appellari posset, ut Cæsari nõ sine nomine dono detur, nequeo in eam sententiam descendere, ut mundi aut simulacrum, aut instar, exemplarue dicatur, cum omnis huiusmodi uulgaris fabrica etiam motibus carens isto nomine recte dici possit. Quoniam uero is alter mundus uideri possit, tam ꝑpetuis motib', q̃ totius cœli descriptione, cum tamen cõparatione sit admodum exiguus placet potius uocari paruum mundum melius fortasse, & cõmodius Græce uno uerbo, μικρόκοσμον. Talia sunt iudices ciuium meorum ingenia, tales artifices nihil uobis affero nisi egregium, nisi exquisitum, singulare, incredibile. atq; diuinum, quodq; pro miraculo, & ostento habeatur, ut nemo credere q̃at talia à mortali fieri, aut inuestigari potuisse, nisi cœlesti aliquo mentis instinctu. id.n.est diuina ad homines transferre, et quasi cum natura ipsa certare,

æternumq; illum opificem, si fas est dictu, æmulari. Si hominem aspicias, nihil minus, q̃ in eo ingenij acumen suspiceris, ita rudi, informi, atq; agresti est facie formaq; & specie adeo illiberali, in q̃ nulla dignitas, nulla indoles, nulla industriæ spes. indignitatem auget, quod eum semper uideas multo cinere, & incocta fuligine os, et capillum, barbamq; inspersum, infuscatumq;, manibus, digitisq; latis, atq; pgrandibus, ærugine semp plenis, incomptum, male, & incommode uestitum, ut Brontem aliquem, aut Steropem, aliumue quẽpiam Vulcani famulum credas, qui suis manibus omnia, q̃ facit ad incudem informat, ad laborem in opificina natus. Neq; quis putet ei aliquem magistrum in Mathematicis excellentem orbium, aut motuum, siderumue rationem pscribere, ac ẽfinire nihil harum rerum intelligẽti, sed in arte fabrili tantum perito, omnia nullis adminiculis à seipso suo ingenio, sua inuestigatione, suo, ut aiunt, Marte. & instituit, & fabricatur, idem inuentor, & effector, unus eorum nostrorum ciuiũ, quos supra memoraui in Astrologia inter oẽs excellere, cum illi tamen nunquam literas didicerint, nulliq; pceptori opam dederint. non solum in hoc genere callet cœli ipsius effectus, sed etiam intelligentia causas ipsas p numeros deprendit, & cognitas habet, quinetiam sæpe numero eos, qui habiti doctissimi in Astrologia libros scribunt, recte, docteq; co

arguit,

arguit, & eos errati nonnunquam conuincit necessarijs rationibus, errorem, lapsumq; fateri coactos. Memini illum mihi dixisse Venetos maximam curam, et diligentiam ponere, ne paludes illæ, q̃ urbẽ suam munitiorem, tutioremq; reddunt, exiccentur, adiecta quotidie ꝑ alluuionem noua terra, easq; assiduis opis humum egerendo detegere, atq; in ea re necesse esse magnum, ingemq; sumptum facere. se eum esse, qui, quicquid illud est operis, & laboris, decuplo minore impensa exhaurire possit. Vidimus etiam, & admirati fuimus superioribus annis eundẽ hominem imꝑatoris iussu ænea tormenta miræ magnitudinis, ac ponderis è fossa admodum profunda nullo negotio extraxisse, q̃ uix centum robustorum boum paria ceruicibus mouere potuissent. Hãc partem ego Iudices ꝓsecutus sum latius, quàm proposueram, nam ita facere coactus fui, ut quemadmodũ ꝑfatus sum, ab hoc uno, qui uobis est omnib' ꝑquam notus, de ingenijs cæterorum nostrorum artificum, quos non tam bene nostis, in uno quoq; genere iudicare possetis. Demum mihi deueniẽdum est ad mansuetiores Musas, id est ad ea literarum studia, quib' non tantum ad eloquentiam sed etiam ad omnem humanitatem instruimur, ac ꝑpolimur. De Poetis inquàm, atq; oratoribus mihi instituendus est sermo, deq; cæteris scriptoribus, qui uaria, ac multa librorum lectione eruditi patriam sempiternis monimen

tis

ris illustrarunt. Hoc in campo tam latos, et spatioso posset exultare oratio. tot.n.huiusmodi eruditionis homines p̃stantissimos genuit, gignitq́; quotidie Cremona, ut non inconcinne ciuitatem ipsam dicere possis eruditam. At ne diutius laboremus in collatione nostrorum cum uestris, compendio studens ita mihi rem aggrediendum duxi. Carolus V. Romanorum Impator, omnium gentium, atq; omnis memoriæ clarissimum lumen, cuius uictoriarum fama iisdem, quibus solis cursus regionibus, ac terminis continetur, quemq́; omnes gentes, populi, nationes, ob bellicosissimos populos eius uirtute, consilio, felicitate, superatos cōtremiscunt, impleuit orbem terrarum nominis fulgoria, eas .n. id ætatis res gessit, quas nunc omnes gentes loquuntur, nullaue obliuiscetur posteritas, nulla obmutescet uetustas. si æternitati, & literis p̃claris cuiuspiam docti hominis monimentis ad memoriam eius nominis sempiternam commendata fuerint, licet ille sit eruditus potius uictorijs, ac triumphis, quàm literis, sibiq́; contentus sit sua conscientia, testimonioq́; solidæ, ac ueræ laudis. non tamen arbitratur indignum, sua uirtute, dignitateue, ac maiestate cupere, ut q̃ ipse p̃clare gessit pleniore ore laudanda, clarissimis literarum monimentis, uel Græce, uel Latine ad omnem memoriam mandentur, ut tot trophæis, tantisq́; uictorijs, nulla unquam finem sit ætas allatura; quod

etiam multi Imperatores clari, & magni ante eum fecerunt. Cogitemus igitur, atque fingamus ipsum Cæsarem huic Ferdinando Gonzagæ, qui prouinciæ præest, atq; in Italia summam imperij tenet, pupublicis literis scripsisse, ut in sua ditione hominum in re literaria præstantium delectum quodammodo habeat. deq; omnibus seligat aliquos, omni literatorũ præstantia excellentes, qui tantum, ac tam præclarum munus egregie explere possint, tum uersu, tum soluta oratione. Agite Papienses explorate omnes academiæ uestræ angulos, omnes inquã scholas scrutamini, excutite omnia literatorum uestrorum umbracula, atq; latibula, sicubi aliquis, aut se ultro offerat, aut certe deprendatur, qui tantæ prouinciæ suppetere sit idoneus. Agite inquam postulate à Cæsare, ut ipse ad uos transmitti mandet rerum suarum cõmentarios, quo eas ille uester ex omni eruditorũ numero delectus mox ornet diuinis literarum monimentis. cui quæso tantum munus mandabitis? Agite aliquem tandem adducite. ne quem tamen moneo Mediolanensium attingite, quos sæpe pro uestris iactare, ac prædicare consueuistis. Quod si unus omnes tanti Imperatoris uictorias complecti nequit (esset.n.infiniti prope negotij) tantumq; onus humeris suis reformidat, multæ fuerunt, ac diuersæ eius uictoriæ. nullus pene locus, quocunq; penetrauit, qui non eius trophæis, monimentisq; illustratus fuerit,

tot.n.

tot.n.triumphos habuit,quot oras terrarũ cum exercitu peragrauit, & omnem antiquitatis memoriam uirtute superauit. Tria tamen eius ꝑclarissime facta ab omni egregie factorum numero eximunt, quibus omnes alios impatores, quot quot ubiq; gentiũ fuerunt, uirtute, ac belli gloria adæquauit. unum saltem ex his tribus literati uestri excerpant quod literarum monimentis commendent, uestrorum optioni nostri relinquunt, quod eis magis collibuerit, quodùe eorum animis magis arriserit. quodcunque horum uestri detrectabunt, nostri suscipient. Cum trux Turcarum tyrannus omnem Pannoniam in barbaram seruitutem redegisset, Germaniæq; immineret iam ꝑmultos dies in Austria obsessa Vienna tantis armatorum copijs quantas ullus Impator ulla non modo hominum, sed etiam annalium memoria habuisse traditur, cũq; iam sibi totius orbis uictoriã animo exultans repromisisset, indomitusq;, ac ferox urbibus christianorum exitium intentans ꝑceps ferretur, qui torrens Dij boni, qui turbo, quæ tempestas, q̃ ꝓcella, q̃ flamma, quod incendiũ? hic noster difficillimo reipub. tp̃e, dura conquisitione paucis diebus conscripto, cõparatoq; exercitu incredibili animi robore obuiam factus est, siquo modo illum exultantem, atq, impune uolitantem retardare posset. eius uotis non defuit optabilis exitus, nam tyranni ꝑcipitẽ cursum, atq; impetum repres-

sit, furorem coercuit, ardorem restinxit, ferocitatē illam barbaram compressit, audaciam fregit, neç modo à Viennæ iam fessæ, propeq; expugnatæ muris auulsum detraxit, uerumetiam hostem supbissimum incredibili uirtute ꝓfligato pene eius exercitu rebus suis tandem timere coegit, atq; in turpissimam fugam potius animi uirtute, q̃ exercitus robore, & copiarum numero coniecit. Agite Papienses ꝓdeat tandem aliqs è uestris literatis, qui huic uictoriæ tam ꝑclare ꝑpetuis monimentis tradendæ se idoneum ꝓfiteatur. qd hæretis? excitate tandē aliquem ex tota academia uestra, quam tantope iactare soletis, semꝑ academias, semꝑ gymnasia loquentes. nemo ꝓdit. Silent omnes, credo hercle rei magnitudine deterriti. Intelligo, hoc primum Cæsaris egregium facinus scriptoribus nostris facile relinquunt. Proponam alterum. si forte Papienses huic magis historiæ enarrandæ aptiores esse se sentiant. Fuit multos annos ex omni aditu nostris legionibus clausa, & inaccessa Africa, eiusq; litora nostris mercatoribus, & nauiculariјs erant infestissima, & parum tuta omnib' ꝑ illud mare hactenus nauigatio fuerat ob Castellum, quod incolæ Guletā uocant, positum in angustiјs, & totius Africæ faucibus. quod erat specula, et ꝓpugnaculū Afrorum, tum natura ipsa, et situ, tum aggerib', opibusq; manu factis munitissimum obiectum contra copiarum

nostrarum

nostrarum impetus. ea .n. arce in mare admodum proiecta portus, qui ibi est angustissimi aditus, tectus erat, & clausus, atq; ex omni aditu natura regionis uallatus. hic alioqui magnum, ac firmum p̄sidium teneri semper solitum erat, custodijsq;, & uigilijs die noctuq; pp magnitudinem periculi seruabatur. Tunc uero Tyrannus ille, qui Tuneti regnum eiecto p̄ uim rege iusto, legitimoq; occupauerat, audita fama aduentus Cæsaris cum exercitu, non ignarus totius illius regni salutem à Guleta pendere, in ea amplius decem milia armatorum collocauerat. sed q̄ arx tam munita, tam inexpugnabilis, q̄ Caroli V. uirtute non expugnari possit? quis locus tā arduus, atq; inaccessus, qui eius legionibus, & copijs tandē non sit puius? Appulsa igitur portui classe, legionibusq; interra partim positis. partim in nauib' retentis, ut, atq; impressiōe utrinq; facta, ꝓpugnatorum maxima cæde temporis uestigio portum, arcē, ꝓpugnacula, castellaq; omnia incredibili, ac ꝓpe diuina uirtute in suam ditionem redegit, iustoq;, atq; legitimo rege in regnum restituto, sibi sola Guleta retenta, ne omnia barbarorum fidei crederent, ibiq; collocato Italorum Hispanorumq; satis firmo præsidio, frænum quodammodo, ac capistrum toti Africæ iniecit clausamq; nostris legionib' patefecit, qđ egregium facinus, ac p̄clare factum cum quouis ueterum imꝑatorum triumpho comparabile nunq̄ po-

 steritatis

ueritatis gratissimus sermo conticescet. Ecquem Papienses habetis doctissimum uirum, qui flumen aureum orationis semp fundens dicendi tanta copia pditus sit, ut p rei maiestate hæc literarum monimentis sempiternæ memoriæ tradere ualeat, speretque se satis posse consequi dicendo quanta illa Cæsaris celeritas, quanta cura, quanta uirtus fuerit? Neque hic Hercule quenquam surgere uideo, qui Cæsarem ornandum suis laudibus suscipe ausit. Intelligo Cremonensibus hanc etiam partem intactam, atque exortem relinquunt, seq; fortasse reseruant ad recentem ipsius Cæsaris de coniuratis totius ferè Germaniæ populis uictoriam suis scriptis celebrandam, q̃ ex trib' eius pcipuis dimicationib' maximam fuisse arbitror. Ecquis uestrum audet tantam rem aggredi? tantam inq̃, quantam uix animo cogitare possumus. nemo erat, qui non penitus esse actum de Germania existimaret, pp nouam sectam uitæ, & officiorum oīum pturbatricem, paucorum quorundã scelere, qui animis ambitione corruptis traducti ad mala consilia impure, & flagitiose uiuendo magna reipub: uulnera imposuerant. quicquid.n.est tenebrarũ, iam impitæ multitudinis animis offuderant, & nobiscum de omni ferè religionis rõne dissentire coegerant. uocabantur ab eis in controuersiam ea, q̃ publica oīum gentium, & nationum consensione, constantissimaq; assertione tot seculorum approba-

ta, & consecrata erant. nec tantum de Dijs immortalib', de ceremonijs, deq; omni sanctitate praua, & impia sentiebant, uerumetiam cupiditate rerum mutandarum, aut potius euertendarum capti longe aliena de moribus, institutisq; maiorum, deq; omni disciplina, & temperatione christianorum impune pdicabant, conuulsaq; religione, & aris euersis, diuorumq; imortalium pollutis templis, sanctissimisq; dirutis, atq; pstratis delubris summa dementia, ac temeritate pditi, et nihil prorsus pensi habentes populos ferè omnes à repub. & Ro. Impij legib' male psuasos, atq; seductos scelerata scessione deficere fecerant, usq; adeo ad id dementiæ uentum erat, ut nusq ferè in tota Germania impatoris iussa, atq; imperia audirentur. At Cæsar Dei Op. Max. beneficio ad hæc tpa pcreatus, cum iandudum oes suas curas in rempub. tuendam, propagandamq; contulisset, ne aliæ ceremoniæ nobis essent, alij diuorum immortalium antistites, alijq; religionum interpretes, existimans non posse sine nefario scelere, ea tā tetra, tam tristia dissimulare, causam religionis admiranda animi magnitudine suscepit. cōparato igitur Italorum militum, atq; Hispanorum satis firmo exercitus, una cum Germanis illis, qui in officio, & fide pmanserant fidelissimi diuina, atq; eximia uirtute sua bellicosissimarum gentium crudeles, ac furibundos impetus primum retardauit, mox (quan-

ta cura Dij boni, quanto labore, patientia, uigilijs? & omnibus exercitus sui ducibus diuturnitate belli defessis suadentibus ab incœpto desistere pp magnitudinem periculi, & multiplicem difficultatem, pstertim alienissimo anni tpe (accedebat.n.ad frigidæ puinciæ naturam summa hyems, frigidissimaq; anni tempestas, qua iure gentium omnia bella quiescere solent, cum etiam feræ latibulis se tegant) ipse luce illa pclari, atq; excellentis ingenij, quam omnes diuinam toties, ac singularem experti sumus, eius belli exitum longe pspiciens nunquam psuaderi potuit, quamuis affectus ualetudine, ut uitæ suæ cõsulens se cum exercitu ad tutiora loca reciperet, ubi posset saltem hyemem, & frigorum uim sub tecto, & pellibus uitare, quam nos sub urbium tectis luculento camino uix sustinemus. Ipse uero nunquam de spe deiectus cuncta cœli, aliaq; incommoda æquissimo animo perferens nunquam destitit hostem persequi, sed in opere tam necessario usq; ab belli exitum singulari patientia perdurauit, consilioq; potius, constantiaq;, & animi magnitudine, q̃ ferro, & copijs cum gente sibi multis nominibus alioqui coniuncta felicissime decertauit, nec tantum populos ferocissimos, fœdamq; illorum crudelitatem a corporibus nostris auertit, uerũetiam cõfertissimas copias contriuit, contudit, domuit, omnemq; Germaniam nullis ferè plijs, sed magis uirtute, impio, & consilio,

cõsilio, grauitate, constantia, animiq; magnitudine superauit, ad sanitatemq; reduxit, atq; recta de religione, & de diuis immortalibus sentire assuefecit. imperatisq; obsidibus, quot satis sibi uisi sunt, illis iura, leges, agros, & pristinam libertatem reliquit nihilq; eis p̃ter iniuriæ licentiam eripuit. Ita hanc rempub. hoc sacrosanctum imperiũ, urbes, nostras, templa, sedesq; diuum immortalium, fortunasq̃; & omnium liberos dimicatione, et periculo uitæ suæ conseruauit, aras, sacraq;, & ceremonias restituit. ꝓ quibus rebus ad primum nuntium tantæ uictoriæ ei ipsi agri Italiæ, ut mihi uidebantur, gratias agere gestiebant. Intelligitis Papienses, q̃ uberem, copiosamq; materiam uobis ꝓponam, quanta occasio uobis p̃beatur, ostendendi quanta sit dicendi facultas, uis, & copia uestrorum hominum, qui se in scribendo exercuerunt. nullus in Germania locus, qui non recentibus tanti imperatoris uictorijs, trophæis, ac monimentis illustratus sit. Si poetæ alicui, diserto, atq, facundo, cui sint nerui, & uires hanc prouinciam mandabitis, q̃ iucundis ille digressionibus, quantis luminibus, poema ornare poterit, ac collustrare? Videre uideor illam inducere ipsos agros, ipsas syluas, fluuiosq;, ac montes mutos tam ærumnosi imperatoris tot incommoda prius cõmiserari, post uictoriam uero, uel ipsas urbium sedes domorumq;, ac templorum parietes liberatori suo gratias

tias agere, ut quocunq; ille uenerit, eo lux quædam, & salus uenisse omnibus uideatur. plurimis deinde nominibus eum in cœlum multarum gentium uictorem feret, testabitur in primis eum omnia sua studia, omnem operam, industriam, cogitationem, mentem deniq; omnem in Christi nomine, religioneque, ac pietate ꝓpaganda defixisse. intercurrent sæpius loci, quos etiam ipse artifex elicere poterit, si se ipsi non sua sponte dabunt, ubi detur opportune singulares, atq; diuinas tanti imperatoris laudes cumulate explicare, animumq; illius excelsum, & altum, ac uirtutibus exaggeratum posteritati tradere, id est eum suis laudibus ornare, uirtutesq; eius singulares in animis, & quasi in oculis hominum oratione figere, tum ꝑter belli diuinam quandam, & incredibilem scientiam, felicitatem quoq;, & gloriã eius admirari, consilium, moderationem abstinentiam, tolerantiam, eumq; penitus suis coloribus depictum posteris cõmonstrare, sedatum grauem, atque humana animo ꝑmentem, ac præter unam gloriam omnia despicientem. Diutius iudices q̃ necesse fuit, hunc locum urgeo, serius fateor quæ oportebat, intellexi, cum neminem, aut certe perpaucissimos Papienses habeant, qui, non dico, tantæ ꝓuinciæ sint idonei, sed qui in his studijs sint in aliquo literatorum numero. usq; adeo ad nihil literarum redacti sunt, ut eis opus fuerit hanc ipsam causam ad

exterum hominem, & alienigenam deferre, cuius uerbis, ac scripto in nos declamantes inueherentur neq; illi in hac re calamitates temporum ꝓpter diuturnum bellum causari ꝗunt, quod nobis etiam cum illis commune fuit. nulla.n. ætate aliquem suorum huc adducere possunt, qui aut suis, aut aliorum scriptis in re literaria nobilitatus alicuius nominis fuerit. Dicturo autem de nostris, qui hac ætate non modo in literis se exercent, sed etiam ad summam laudem, gloriamq; contendunt, opus esset mihi cū Poeta nobili ordiri Ε᾽σπετε νῦν μοι μοῦσαι· Hic ideo uos oratos uolo iudices, ne ex mea tenuitate, aut dicendi mediocritate Cremonenses oratores metiamini in principio actionis attuli causam quare præteritis, atq; relictis summis oratoribus, ac doctissimis uiris, quibus abundat ciuitas nostra, ipse ego unus, neq; ingenio, neq; auctoritate, neq; facultate par huic causæ electus fuerim. Habet ut etiam semper habuit Cremona in omni literarum genere tam Græcæ, ꝗ Latine eruditissimos uiros, quos omnis sibi hic enumerare uellem, tempus hercule me potius, ꝗ oratio deficeret, neq; me existimetis loqui de ijs, qui literas primis labijs degustarunt, sed de ijs tantummodo, quorum laus sita est excelso, & illustri loco, quorum sempiternis monimentis non tantum patria nostra illustratur, sed etiam hæc ætas amplissimam gloriam est consecuta. hi.n. sunt amplissimi in pri-

mis uiri alta quadam mente prædíti, qui ut apud se se essent, & ex natura uiuerent, se à subsellijs, idest ab omni ambitione in ocium cõtulerunt multarum, atq; optimarum artium scientia præclari & in omnibus rebus præstantes uiri, in primis bonorati, & principes in ciuitate, in ocio cum dignitate uersantes remoti ab inuidiæ ꝑcellis, quos omnis ciuitas adit, omnis ætas, omnes ordines consulunt. tantæ autem sunt eruditionis, ut nisi essent temperatissimi, ac modestissimi, ꝓfiteri possent se scire omnia quæ sunt mandata literis ad omnem humanitatem, lumina, atq; ornamenta huius seculi. ex ijs autem (sunt enim non pauci) aliqui multa, ac uaria lectione instructi, sunt sola rerum cognitione contenti, neque admodum eloquentiam, neq; agendo, neq; scribendo exercent, rerum, exemplorumq́;, & omnis uetustatis periti. alij uero ad hunc forensem usum rhetorum institutionibus perpoliti omnibusq́;, & naturæ, & doctrinæ præsidijs ad dicendum parati, ut de quacunq; re ad q̃stionem, ex tempore non modo copiose, uerumetiam ornate dicere posint, in quib' admireris tam amplitudinem Platonis, q̃ Aristotelis admirabilem quandam scientiam et copiam. Hic sanè aliquem non est necesse nominare, quoniam adhuc uiuunt. sed fretus sum uestra prudentia iudices, scio.n. plerisq; uestrum eos esse notissimos. qui uero se ad historiam scribendam contulerunt, non modo

q̃ Latine,

q̃ Latine, sed etiam quanta cum dignitate id munus obierint, relinquo orbis terræ iudicio statuendum, cum ea præsertim perfecerint, ediderintq́;, q̃ de ipsis Caroli V. rebus præclarissime gestis moliuntur. Poetas autem habemus, non tantum suaues numeros, fabellasq́;, & omnem antiquitatem tenentes, sed cætera quoq; doctos, & sapientes, graues sane uiros, et honorib' quoq; amplificatos, qui interiores, & reconditas literas penitus ꝑscrutati sunt, & ad ueterum poetarum laudem ꝑuenere. Vix hic queo me continere, quin tantorum uirorum nomen iam diu ubiq; ꝑuagatum, nobilitatumq́; prodam, præsertim eorum qui extra aleam, supraq́; omnem inuidiam iam sunt collocati. sed neq; etiam in hoc insultabo uehementius, neq; insolentius oratione uolitabo, tum instituti mei memor, ne quem ex ijs, qui adhuc uiuunt, uel honoris causa nominem, tum quod ijdem ipsi cum Cremona huc ꝓficiscerer, mihi id omnino interdixere, contenti sua laude, & hominum conscientia. sunt nimirum prudentia, & temperantia moderati, ac continentes. & quamuis laudibus in tota Europa floreant, atq; hominũ ubiq; ore laudentur, magna tamen laudis contemptione insignes sibi potius esse uolent, q̃ alijs uideri, dicunt n. sibi satis esse secum frui benefactorum recordatione, & quicquid agunt in ijs studijs, quicquid moliuntur, nõ tam ad honestandum nomen suum, immortalitatiq́;

commendandum, q̃ ut de communi hominum uita, præsertim de re christiana, ut religiosi, & pientissimi optime mereantur, omne.n. studium suum, omnem curam fixerunt in ornanda religione commentitia disiungentes à fabula, ut q̃ ab antiquis Poetis intacta, atq; illibata usque ad hæc tempora relicta fuerant, ipsi uersibus latinis illustrata Musis commendarent, à quibus quoniam christiana pietas, atque omnis sanctitas omnino abhorrere uidebatur, neq; cum eis aliquid commercij habere, ipsi magno labore, atq; industria effecere, ut aliquis locus esset reconciliatæ gratiæ, & quæ ipsis Musis clausa, atq; inaccessa hactenus fuere, puia ipsi fecerunt, atq; patentia, hæc si negent Papienses, quod minime reor eos esse facturos, regiones mutas implorabo, & sola terrarum ultima, maria, portus, littora, & insulas, quæ.n. ora, q̃ sedes, aut locus, quo non iam peruaserint poetarum nostrorum non tantum fama, uerum etiam ipsa poemata, ac monimenta, tot ubiq; exemplaribus propagata, atq; diffusa. ubiq; gentium leguntur, ediscunturq;, & imitanda à ꝑceptorib' doctissimis uiris iuuentuti in scholis ꝓponuntur. Quid uero etiam cum ea uulgauerint, q̃ recentissime elaborarunt, sed adhuc tenent compressa, ut postea emendatiora, limatioraq; edantur, poemata sane insitata, & incredibilia de abditis, reconditisq; rebus, quibus nemo est ausus usq; in hanc diem aspirare?

re? Et ut poetarum modo de poetis loquar, nostra ætate à nostris poetis ad summa inaccessarum rupium iuga p asperrima montium molli admodum, et plano tramite adductæ sunt Musæ, ipsi tamen modestissime fatentur se sperare alios quospiam post se futuros, qui uiam quam ipsi prumperunt, molliorem ac faciliorem reddere possint Musis omnibus approbantibus. sibi satis esse quod aditum patefecerint, & tantæ rei aliquod quasi specimen posteris commonstrarint. Non committam, ut ptercam duas pclarissimas uirgines ciues nostras, quarum altera, & Græcis, & Latinis literis apprime erudita, de quacunq; re opus fuerit, & uersu, & soluta oratione non tantum docte, & copiose, sed etiam eleganter, & apposite dicit, ac scribit maxima cum audientium, & legentim admiratione, altera inter egregios pictores nostri temporis merito connumerari potest, multis alijs artibus, ac uirtutibus utræque insignes, utreq; bonis parentibus ortæ. Multos habet ciuitas nostra, qui, ut innuimus, Græce luculenter sciunt, sed neq; etiam desunt, qui hæbreorum linguam optime calleant uiri insignes, & honesto loco nati, alij quoq; Aegyptiorum literas, & Chaldæorum Phœnicumq; attigerunt. Hæc satis sint dicta de literatis nostris, qui adhuc sunt superstites, in qua re est facile Papiensibus nos pstare, cum eorum, quos adducere queant, norim adhuc nemine.

ea

ea propter neq; item ero multus in recensendis antiquioribus Cremonensibus illustribus uiris de re literaria optime meritis, cum nostra ciuitas in omni ætate amplissimos semper genuerit. Amisimus superioribus annis duos literis, atq; doctrina Græce, & Latine præstantes uiros, Benedictum Lampridium Alphenum, & Hieronymum Fundulum, quorum morte sane immatura nostra ciuitas, una cum tota re literaria, ubiq; magnam iacturam fecit. de ijs mihi non admodum multa dicere est necesse, cũ illorum adhuc sit adeo recens memoria, ut in animis uestris eorum nominis impressa esse uestigia certo sciam. id alijs probabunt eorum luculentissima scripta, q̃ ab hæredibus propediem, ut audio, edentur: illo ẽt tp̃e, quo primum literæ, ac bonæ artes post deuastatam à barbaris Italiam, sublatamque omnem humanitatem, reuiuiscere, & quasi postliminio restitutæ redire cœperunt, nostra ciuitas tulit Baptistam Platinam in scribendis historijs inter oẽs sui temporis qualescunq; ꝓduxit ætas illa, admodum p̃stantem. Agnoscimus ẽt inter nostros Ioannem Balistarium clarum testimonio illius auctoris qui de Italia illustrata scribit historiam, cum etiam se in literis ꝑ eum ꝓfecisse fateatur. Sed, ne iudices uos diutius teneam in talibus recensendis, reuoco uos tandem ad illustria & felicissima tempora, in quibus literæ, & bonæ artes ad summum fastigium

perue-

peruenerant, cum summi essent poetæ, summiq; oratores, cæteriq; rerum scriptores omni ex parte in suo quisq; genere, omnib' numeris absoluti, atq; pfecti. Inter lectissimos poetas fuit noster Quintilius Varus, carus Virgilio, Tibullo, Horatio, & cæteris poetis p̃stantissimis illius ætatis, ut Horatius ipse sæpe in uersibus suis attestatur. Eius uiri iudicio, atq; censuræ sua poemata corrigenda, castigandaq; non tantum inferioris ordinis poetæ subijciebant, uerum etiam ipse Virgilius admonenti, & quodãmodo p̃scribenti obtempauit. Non omittendum ẽt mihi arbitror M. Furium Bibaculum, qui temporib' Lucretij Cari floruit, fuisse Cremonensem, ut comprobẽ, quod dixi supius Cremonam oĩbus ætatibus habuisse uiros in omni literarum genere p̃claros, qui orbem terrarum impleuerunt nominis Cremonensis gloria. Huius poetæ nonnulli uersus etiam usque ad nostra tempora peruenerunt, licet pp ætatem duriusculi. uix .n. eo tpe latini poeticam attigerant, quã paulopost ad elegantem cultum deduxere. Cæterum, quoniam dixi superius omnem p̃stantiam ingeniorum in nostris hominibus euenire cum q̃dam ui cœli occulta, soliq; natura, tum optimis ciuitatis institutis, & legibus, id pbare possumus, non tantum in ijs, qui ocium negotio p̃tulere, & ad studia literarum se contulerunt, uerũetiam in illis oĩbus, qui uersati sũt in repub. quorum uirtus, iustitia, & integritas spectata

stata fuit omni ætati magno theatro, ut intelligatur Cremonenses ꝑferendos esse Papiensibus, quod præstantiores illis uiros semper habuimus, non modo optimarum artium scientia, uerumetiam maximarum rerum gloria, quocunq; .n. animum, ingeniumq́; intenderint, nostri homines ibi summi fiunt, & quadam præstantia excellentes. Est plerunq; nostrorũ ciuium ea patientia, ea uirtus, atq; frugalitas ꝑꝑ optima ciuitatis instituta, quibus ꝓhibetur licentia cupiditatum, ut nulla desidia, nulla luxuria, ab officio, & à rectissima uiuendi ratione reuocentur, contra uero omnib' summus labor in publicis, priuatisq́; rebus, summa item parsimonia, summa diligentia. His adminiculis adiuti, qui ex ciuibus nostris rẽpub. administrarunt, id summa laude semper fecerunt, & cum quadam omnium admiratione. quod nostris temporibus uidimus in Andrea Burgio, qui carus prius Maximiliano Imperatori, mox Ferdinando eius nepoti Romanorum regi, multa et magna negotia in Italia, in Germania, Galliaq́;, & Hispaniæ gessit, multis, & magnis legationibus functus, in quibus se omnibus probauit, ne mihi sit magnopere necesse ab inferis excitare tot antiquissimos uiros ciues nostros, quorum consilio, uirtute, rebus gestis, maxima gloria ciuitati nostræ parta est. quod.n.hic me recensere posse arbitramini pares Marchisino Stangæ uiro & consilij magni, & uirtutis exquisi-

tæ,

ræ, cui maximarum rerum fidem Lodouicus Sforcia semper habuit in reipub. Mediolanensis administratione, omnium consiliorum suorum participi, ne dicam auctori. Io. Baptistæ Speciani uero quanta fuerit uirtus, & in rebus gerendis prudentia, erit illis, qui hominem non uiderunt, fortasse incredibile, uobis uero patres, qui eum bene nostis, non admodum multa dicere habeo. meministis eum primum inter alios iuris peritos in iudicijs prætorijs, pedaneorumq; iudicum, subsellijs uersatum, operamque reis defendendis nauantem à Franc. Sforcia ad maiora euocatum fuisse, & in hunc ordinem uestrum cooptatum, simulq; in tota prouincia quæsitorem, & rerum capitalium non modo iudicem, sed et uindicem constitutum, cum summa, & libera, in quencunq; uellet malefici) reum, animaduertēdi potestate, mox multis, magisq; in rebus spectata uiri uirtute, quæ sub toga contineri non poterat, suis indicijs indies magis, ac magis prodita, ab eodem Sforcia quæstor creatus est totius exercitus, quem ad se tuendū contra hostium potentissimorum uires maximum coegerat, & cum esset bonus consilio, nec minus bello strenuus, ita eam quæsturam administrauit, ut nō tantum cōmeatibus procurandis præesset, præfectis fabrum præscriberet, stipendia militibus in tempore persolueret, populis, ac ciuitatibus operas, uecturas, naues, remiges, arma, tormenta, belliq; instrumenta imparet, et alia

lia id genus administraret, q̃ ꝓpria sunt eius potestatis munera, uerũetiam Sforcia oĩa posuerat in eius diligentia, ac fide, q̃ ad Impatorem ptinent, ut pene summam imperij teneret, legionibusq; non ad alterius pscriptum, sed suo arbitrio imparet. caruit tantum Impatoris nomine, cum partes sustineret, omnesq; imperatoris numeros impleret. nihil omnino agebatur in re militari, nisi ad eius ductũ, oẽs etiam literæ de eius sensu describebantur. Morte deinde sublato Sforcia, translataq; omni ꝓuinciæ ditione ad Cæsarem, eundem locum obtinuit apud Antonium Lieuam ab ipso Cæsare ꝓuinciæ cum summa potestate pposium. Vix homo Hispanus satis mirari poterat, quod quicquid Speciano muneris iniunxisset q̃uis arduum statim ille transactum reddebat, & oĩa mandata celerrime exhauriebat. Maiori ẽt postea fuit auctoritate, ac potestate sũmam impij administrante Alfonso Aualo Vastio, qui ẽt ipse ei summã rerumpublicarũ fidẽ habuit, non ob solã eius opam, q̃ prõptam, expositamq; multos annos pbuit tribus illis pclaris uiris, uerũetiam pp alias singulares eius uirtutes tempantiam, fidẽ, abstinentiã, innocentiam, & integritatẽ, tres.n.illos magistratus simul caste, & integre gessit, in quib' si late patenti potestate, atq; licentia uti uoluisset ad q̃stum, non dico maximã pecuniarũ uim, uerũ montes aureos, ut aiunt, constare potuisset. atq eius aĩum

nulla

nulla unq̃ lucri spes transuersum egit, quẽ aduersus pecuniam, auaritiamq́; cæterasq́, cupiditates inuictum semp gessit, ut is, cui bonum, et æquum omnib' diuitijs carius, antiquusq́; semp fuisset. Ita modice rẽ suam familiarem auxit, ut quẽadmodum in ea parã da nemini unq̃ nocuit, nemini ẽt inuidiosa esset, cũ tamen admoneri potuisset, non esse sibi in tanta occasione indormiendum, sed assidue opam parandis opibus nauandam ob satis magnum numerum filiorum. iam.n. ius duodecim liberum assecutus fuerat, quos omnis optimæ spei, & indolis in mediocri patrimonio reliquit morte immatura ꝑuẽtus, ob nimis laboriosam, ut ego q̃lem existimo, uitæ rõnem, q̃ ut demandatis sibi tot munerib' satisfaceret, iampridẽ susceꝑat. Defuncto ciuitas nostra, ut ciui de patria optime merito publice decreto sepulcro parẽtauit, iustaq́; magnifice sumptu publico ꝑsoluit. quem honorem apud nos post hominum memoriã nondum ulli ciuium ante eum contigisse satis ꝓ cõperto habemus. Multus fui patres in cõmemoranda huius uiri uirtute. nõ tamen id nimium uobis debet uideri, q̃ tanti collegæ uestri ꝑstantiam illam multis, et magnis uirtutib' exaggeratam spectatam habuistis. cogor tamen rõnem huius loci habere, & cæteros q̃ plurimos ꝑstantes uiros nostræ ciuitatis, quorum opæpretium esset hic renouare memoriam, silentio ꝑterire, quod q̃dem minus moleste fero, cum meæ

actioni parum id obesse intelligam. neminem.n.suorum ad hos quos memoraui, Papienses mihi obijcere possunt. neq; etiam est, quod sane elaborem in recensendis ciuib' nostris pclarissimis uiris, quib' p religionem sacerdotia amplissima fuerunt demandata. Nempe multos, & magnos ex omni ætate uiros enumerare possem, qui in honestissimis ciuitatibus ceremonijs, & sanctitatib' pfuere antistites infulis, religionisq; insignib' ornatissimi, ex quib' etiã aliqui cõsequuti fuerunt, ut Romæ in augustissimum purpuratorum collegium cooptarentur, qui Põtifici maximo tanq̃ sacrorum regi assident cõsiliarij, atq; administri, quod puto Papienses nõ negabunt, cum etiam hac ætate non desint nobis pstantissimi uiri, ad hunc, & illum honoris gradum honestissimis nominib' euecti sunt, nostis sanè uos Iudices, qui uiri, quib' meritis id assecuti, nec omnino inficias ibo nõnullos ex Papiensibus quoq; aliquando ad eadẽ sacerdotia peruenisse, ad q̃ nostri arrepti sunt · nunq̃ tamen pbabunt suos nostris, qui adhuc uiuunt, quemadmodum honore, ita quoq; dignitate pares fuisse. Demum omissis his, q̃ in umbra, & ocio geruntur, ad solem, & ad puluerem exeamus, MAIVS .n. ut inquit ille, OPVS MOVEO. Cõparauimus hactenus uirtutem nostrorum ciuium, cum uirtute Papiensium. sed de ea uirtute tantum egimus, q̃ ad solius animi uim ptinet, & ad intelligentiam. nunc

ea uirtus in comparationem ueniat, q̃ cõis est animi, & corporis, quæ cum initium ab animi magnitudine sumpserit, tamen fundata est corporis uirib', ac neruis. Fortitudinem igitur, & uires, & robur utriusq; nationis discutiamus, et alteram, cum altera conferamus. Expiamur nunc an ad tantum dementiæ sit deuentum, sintq; isti tam insignite impudentes, ut audeant hiscere, cum intelligent hic agi de re militari, in qua nobiscum ueniant conferendi, quo ab omnibus mortalibus cognoscatur eorum audacia, & impudentia. cum planè sint plures Cremonensi nationi p̃fecti militum, & duces, qui cum signis imperio eunt ad bellum, q̃ Papiensib' milites, pluresq; nobis milites, q̃ illis ciues, quod iudices nõ tantum uobis notum, sed omnib' prorsum populis, ac nationib' exploratissimum esse arbitror. Quoties expertus est Cæsar, quod & dicere solet, Cremonã esse sibi opportunum belli subsidiũ, ibiq; certissimos creari milites, quorum semp̃ illud solum fuit semina rium? sentit quotidie bellicosissimus Imp̃ator, magnas, & firmas copias apud nos semp̃ inueniri, seq; semp̃ habere Cremonæ paratum exercitum, expeditos duces, militum p̃fectos, & centuriones, & iam cunctis audio p̃suasum esse in tota Italia Cremonæ in primis uigere disciplinam rei militaris, & hanc esse propriam, ac peculiarem quandam laudem ciuitatis nostræ, cuius fuit semp̃ p̃stabilis q̃dam sciẽtia,

ac

ac præstantia in uniuerso iure belli, ac pacis, usq; eo, ut cum constat aliquem esse Cremonensem, iam uulgo inoleuerit, ut eundem possis affirmare fortem, et artis militaris peritum. iamque de ciuitate nostra uulgo prædicatur, quod de Ithaca olim Agesilaus quidam dixisse fertur, esse optimæ ꝑlis nutricem, et uirtutis Gymnasium, id uero ne recens esse existimetis, & præsenti ætati fortuito quodam siderum concursu accidisse. Pro compto habetur, in nostra ciuitate uiguisse semper studia militaris disciplinæ, nostramq; nationem semp habitam bellicosissimam, ut pote qui à populo Romano omnium gentium uictore maxima ex parte originem traximus, quemadmodum maiorum nostrorum res gestæ illustres ueterum annalibus attestantur. atq; ego equidem de patre audiui in urbe nostra aui sui memoria adhuc uestigia spectari uetustissimi templi olim Victoriæ consecrati, quod mox mutata religionis ratione Victori martyri à maioribus nostris dicatum fuit. et in eo fama celebratum est fuisse aram Virtutis literis marmoreis conscriptam, ac consignatam. Proditũ quoq; reperitur monimentis scriptorum haud contemnendorum Romanos, dum essent rerum domini, officinã armorum Cremonæ instituisse, ut apud eum populũ, & qui sibi esset cognatione, & sanguine, nedum societate, & amicitia coniunctissimus, & quem rei bellicæ disciplina clarum nouerant. durat adhuc cõ-

seruata

seruata à nostris hominibus uirtus illa, q̃ fuit ꝓpria Romani generis, neq; ulla unq̃ ætate Cremonenses obliti fuerunt pristinæ ciuitatis suæ, seruat plane nostra illa iuuentus Martia seminis naturam, non modo in animis, sed etiam in neruis. Nostri adolescentes boni, & fortes, flos omnis nobilitatis, non se dant luxui, aut inertiæ corrumpendos, neq; se ꝑdite amorib' implicant, neq; libidinum illecebris, sed iam id ætatis flagrantes gloria, ueræq; laudis cupiditate ardentes quodam animi incredibili robore præditi, quoties è ludo, ac pueritiæ disciplina redeunt exacto diei labore in literis, uacatione à præceptoribus impetrata, alios adolescentes adultiores adeunt, quorum ætas militiæ patiens, quiq; sacramẽto implicati in aliquo bello nomen dedere in militum numero conscripti, illis penitus se dant in consuetudinem, & familiaritatem. cum illis de armorum genere loquuntur, de exercitation b' castrensibus, de excubijs, de statiuis, deq; omnibus militaribus actionibus, paulatim q̃ se labori assuefaciunt, ut inediæ, algoris, & uigiliæ patientes fiant, ideo quotidie conspiciuntur, uti est mos ciuitatis nostræ, equitare, iaculari, cursu, ac palastra cum æqualibus certare ad exercendam uirtutem, desidiamq; minuendam. uix eis à parentibus de manib' arma extorqueri q̃unt. deinde cum per ætate licet, tradunt se in disciplinam alicui, cui sit eximia belli scientia, ut

ab

ab eo institui iiant. habet siquidem ea siue ars, siue studium, siue exercitatio, siue facultas à natura ꝑfecta, in nostra ciuitate quosdam quasi magistros uiros ornatissimos, ac præclarissimos ueteris militiæ exempla, quorum uirtus in iuuentute, & res gestæ in omni ætate illustres. Ad horum domos, quasi ad quasdam ueluti scholas confluunt adolescentes, ibiq́, certa quadã & exquisita ratione disputatur quotidie de re militari, de optima belli ratione, deq́; fortissimorum uirorum, qui in laude uixerunt, uirtute agitur, q̃riturq́;, quousq; alicuius acute dictum tam domi, q̃ militiæ dissimulandum, ferendumùe æquissimo animo à forti uiro, in quem contortum fuerit, quomodo etiam uindicandum, uerbis ne refellendũ, an facto opus sit, præsertim si mendacij ille insimuletur · qui deinde cum alio sibi certamen instituere possit. quosùe ꝓuocantes, ut indignos, negligere, et præterire possimus existimatione salua. an iniuriose dictum, factumùe ullo uerborum genere emendetur, aboleaturùe. ad utrum ꝑtineat alteri armorum genus præscribere, locumùe pugnæ dicere. q̃ sint leges æquabiles priuati certaminis, & cætera, q̃ spectant ad huiusmodi dimicationem, q̃ uulgo minus scite duellum uocant. Et quando res militaris quoque sicut cæteræ artes, habet sua præcepta, atq; instituta ornatissimi uiri illi ueterani, & multorum stipendiorum milites ꝑcibus adolescentium humanissimo-

rum

rum inducti sæpe, coactiq; pmagna auditorum frequentia sermonem instituunt de ijs rebus, q̃ maxime inesse debent in certissimo, et optimo milite, ut omnes numeros expleat, ut de eius officio, de uitæ ratione tam domi q̃ foris. aliam esse uiuendi licentiam in castris. aliam in hibernis. temperandum omnino ubiq; ab iniuria, atq; maleficio more populi Ro. maxime apud socios populos. docent illi p̃terea adolescentes ab ineunte ætate animum assuefacere ad omnes difficultates, atq; acerbitates pferendas, & ubi ineundum p̃lium instat, aut ubi quoduis iniectum est periculum, atq; discrimen, nihil prorsus metuendum, nisi turpem famam. nulloue casu detrectandam esse militiam, semp cogitandum, naturam homini exiguum uitæ curriculum circũscripsisse immensum uero gloriæ spatium reliquisse. & quoniam laxiore imperio tota eius rei disciplina dissoluitur, exercitusq; uel maximi interdum dilabuntur, admonent sancte ad antiquæ militiæ rationem parendum esse ducib', ac tribunis, enixeq; cuiuis cauẽdum, ne sæpe culpa sua in castris seditiones coriantur. opus esse plurima semp facere, & pauca de se loqui, p̃sertim, ne quis ea q̃ non fecit, p se magnifice, atq; inflate iactitet semp glorias, semp pugnas loquendo. abstinendum item omnino ab inanib' puocationib', ne quenq̃ ab re facile lacessant pcaces, ac petulantes. si uero ipsi fuerint lacessiti, non dissimulandum

mulandum, sed animo forti, atq; alacri uultu, ne metum pseferre uideatur, pugnam suscipiendam, inimicitiasq;, et fortiter ppulsandam iniuriam, pau latimq; optimi magistri eius artis sciẽtissimi ab imis inchoantes, ad maiora semp instituta quasi p quosdam gradus progrediuntur, eumque militem informant, ac ppoliunt, qui non tantum centurio, tribunusq; militum, sed etiam summus impator facile euadere possit. Iccirco psequuntur etiam suo ordine, q̃ sint centurionum ipsorum, tribunorumq;, & cæterorum pfectorum, legatorum etiam partes, ut ad quenq; spectet militum suorum numerum diligenter, sancteq; integrum custodire, ne quis furtim sub ductus desideretur, stipendiumq; nondum confectũ auferat, item excubias singulis, & cætera munia pro hominum dignitate, aut facultate partiri, ac distribuere, militesq; in officio continere, eorundẽ animos pmulcere interdum, & motus sedare, atq; mollire suam quenq; classem administrantes, in seditiosos, & militiam detrectantes animaduertere. furta, cæterasq; iniurias, & maleficia punire. Præcipue autem iucundissimum est pclarissimos magistros audire, cum tanta auctoritate, tantaq; dignitate semp rogati, atq; impulsi disputant, quib' uirtutibus ornatum esse oporteat eum ducem, ad quem oĩa aliorum ducum, ac pfectorum impia respiciunt, summaq; rerum, atq; omnium consiliorum reducitur.

Itaq; illi non tantum auditores habent eos adolescẽtes, q militiæ sacramento se astringere cupiunt, sed etiam eodem animi causa conueniunt alij ꝑfrequentes, q se in alijs artib' exercent. Mediusfidius ego in eis audiendis sæpius libentissime consumerem totos dies, si mihi esset aliquod tempus à negotijs publicis uacuum. Quid n. gratius esse potest, q̃ p̃stantissimos uiros ueluti heroas quosdam de maximis reb' maxima auctoritate disputantes sæpius audire? quas potissimum res oporteat inesse in summo impatore, neq; .n satis ꝑ se esse contendunt rei militaris scientiam, sed ei adijciunt quoq; uirtutem, auctoritatem, ac felicitatem. has.n.quatuor res concludunt oportere non modo inesse, sed singulas elucere in eo, qui in bello uult summe alijs imperare, ut præclare obire possit, q̃ suæ sunt partes, iubere milites apud se sacramentum dicere, exercitum lustrare., atq; aciẽ instruere, castris semꝑ locum peridoneum capere., callide hostium consilia p̃ripere, sua celare, ac dissimulare. super omnia famem, ac cibariorum inopiã uitare, cunctaq; consilijs anteuertere · ꝓuidere ne ab hoste sui commeatib' ꝓhibeantur, sed potius eniti, ut illum omnib' copijs intercludat. hostibus item insidias collocare, eas ipsum uel abstrusas semꝑ longe ꝓuidere, ac præcauere · Militum licentiam castrensib' legibus, edictisq; ꝓhibere. urbes expugnare. aciem hostium ꝓfligare. scire uti uictoria, præ-

mia militibus pro strenue factis militaribus donis ad excitandam cæterorum uirtutem psoluere, licet fortissimo cuiq; sit per se amplissimum pmium ipsa gloria. Quid quoq; agendum in angustijs rei frumentariæ, quidue cum receptui suorum timet pp imminens, subitum, atq; improuisum periculum, cũ inq̃ ex re, atq; ex tempore consilium capiendum. addunt multa de uirtutib' imperatorijs, de labore in negocijs, de fortitudine in periculis, de celeritate in conficiendo, de consilio in puidendo, deq; communibus uirtutib' quas in imperatore summe enitere oporteat, liberalitate, continentia, æquitate, ac seueritate, plurimisq; alijs.. contra detestantur auaritiam, libidinem, cæterasq; indignas cupiditates, quibus concludunt nihil esse magis contrarium impio, atq; amplitudini. His atq; huiusmodi præceptis, et institutis informati nostri adolescentes euadunt strenui, certi, ac præstantes milites, quos maximis exercitib' secure possit præficere, quiue patriam, ut in omni ætate semper fecerunt, præclare factis illustrare possint. hæc studia uigent apud nostros ciues. hæ sunt populi Cremonensis artes ad rationem ueteris militiæ. Nec dubito, si Cremona urbs Græca extitisset, cum in Græcia floreret eloquentia, qn Spartanorum ciuitate ciuium fortitudine pstantior haberi potuisset. Quid dicam de pueris, qui non modo in extremo pueritiæ tpe, sed in ipso ætatis flosculo

lo ludicris exercitationib' uires explorant, diuisaq; in duas quasi colonias ciuitate hinc, atq; hinc magno concursu ad bellum uicatim exciti, acie utrinq; instructa collatis signis prælium ineunt animosi bellatores, & quando illis arma à parentib', magistratibusq; sunt interdicta, pugnis rem gerunt. usq; adeo infestis animis confligunt, irasq;, & animorum ardorem in hostem ferunt, ut persæpe utrinq; ad sanguinem usq; deueniatur, uixq; à spectatorib' dirempto duello reuocari, reprimiq; possint, pugnaque interdum auulsi torue hostem respectant, & animi ferociam uultu spirantes peiora minitantur. ita à paruulis duritiæ, ac labori student. scio equidem commune esse oībus nationibus, ut iuuentus, ubiq; belli sit percupida, forisq; adolescentes æquioribus animis imperia ducum ferant, q̃ obeant q̃ domi à parentib' mandantur, ꝓpriumq;, & à natura insitum esse iuuentuti (de ingenuis loquor) arma cupere, nusq̃ tamen gentium arbitror ardentiorib' studijs q̃ à nostris motum, & tumultum expeti, summeque expectari. Ad tenues belli rumores adolescẽtes nobilissimi q̃ alacres, Dij immortales? erecti, citati, armati, animis dum bellicum canatur, expectant? arma, saga, bellum flagitant. sed quid dixi nobilissimi, cum ijsdem studijs non tantum flos nobilitatis teneatur, sed idem omnibus sit ardor mentis ad gloriam. nec solum ingenui, & honesto loco nati, uerum

rum etiam tenuissimorum multitudo. omnes mente, uoluntate, studio, uoceq; consentiunt cupientes, ut uera Romanorum soboles, illum spiritum, quem naturæ debemus patriæ, & huic imperio gloriose reddere. cum in Italia delectus haberi cœpti sunt, nusq̃ priusquam Cremonæ tumultũ esse decernitur, nulla interposita mora iustitium indicitur. ad saga itur. in urbe maxima uis militum conficitur. nemo uacationem militiæ deprecatur. nemo utitur ætatis excusatione, adolescentes omnes ignominia notantur, qui militiam subterfugiunt. Intermissis forensibus, cæterisq; ciuilib' negotijs, summi, medij, infimi dant nomen. qui literis studium nauabant, relictis subsellijs, eruditorumq; umbraculis conscribuntur. mercatores, opificesq; quorum q̃stus in tabernis, ipsi quoq; uolitantes cupiditate gloriæ, clausis tabernis, dimissoq; sellæ suæ, operisq;, ac q̃stus quotidiani loco, arma sumunt. ex agris item robustissimi milites exciti relictis aratris, cæterisq; rusticis instrumentis, ueluti prisci illi Quirites, quorum genus sumus, gladios, et pila arripiunt. maximæ statim conflantur copiæ. Priusq; semper Cæsar in tanta oppugnatione rerum, quas gerit apud nos paratum, confectumq; exercitum habet, q̃ alibi futuri belli rumor audiatur. q̃ copiæ dij boni? q̃ cohortes? q̃ centuriæ? qui equitatus? q̃ leuis armatura? ibi mediusfidius robur est, & soboles militum. Quippe, ut alia omnia

xum nostri egregie, tamen hoc munus præclarissime administrant, nihil in bello præter ignominiam metuentes, ut n. magnas, et firmas copias habemus, sic etiam earum expeditos duces militum præfectos, tribunos, & centuriones, quorum rei militaris eximia est scientia, & ne me forte arbitremini, ut in plerisq; ciuitatibus contingit, de trib', aut summum quatuor loqui, aio, affirmoq; Cremonã subsidio mittere posse asperis, durisq; temporib' ad ꝓpulsandũ reipublicæ periculum supra XL. dies fortissimos uiros, qui intefuerunt bellis superiorib' cum signis, & imperio sciunt me non mentiri, si qui in hac corona assunt, qui semel militiæ ascripti fuerint. nouit præclare ipse Gonzaga nostrarum cohortium neruos, & aliquando expertus est, atq;, ut uideo, mihi, q̃ dico nutu affirmare uidetur. sunt. n. tales, ut non magnope egeant mea cõmendatione. ipsimet fortissimi uiri se solida ni, ac uirtute ꝓbant. malunt ij ꝑfecto ꝑdicationem laudis suæ collocatam habere in manib' suis, q̃ in lingua cuiusuis uel eloquentis oratoris, soliti semper plurimum facere, minimum uero de se loqui. Quoties cum ꝓximis, tum superioribus bellis externi Italos ad ostentandam suæ quisq; nationis uirtutem æquatis, & numero, & armis ad certamen ꝓuocarunt, ut constante fama, et multorum sermone celebratum est, in omni perduellium, pugilumue delectu nunq̃ ferè Cremonenses ꝑꝑ uirtu

tis

tis præstantiam præteriti fuerunt. semperq́;, & uictoriam, et uictoriæ parta insignia magna cum Italiæ laude ab ea pugna reportarunt. cui aliquis nostrorum ciuium interfuit. illis.n. ab ineunte ætate ue luti natura insitum est quodam incredibili animi, & corporis robore magnis periculis ad summam laudem, & gloriam contendere. Vbi quippiam controuersiæ, aut de finibus, aut de iure agrorum, uel fluminum, ut fieri interdum solet, inter nos & finitimos populos cooritur, iuniores nostri pp crebras ꝑliorum contentiones ferocitate exultantes statim ad arma ꝓsiliunt, atq; ad suam uim reuocare cupientes seniorum consilia semper cauentium quo ad pos sunt, ne res ad manus, ad pugnamq́; deueniat, non uerbis, & rationib', sed potius pilis, & gladijs tran figendum censent, uixq́; è manib' eorum arma euel lere possunt seniores. quib' conuenit impensius in medium consulere. Quod uobis q̃so nunc Papienses esset consilium, nisi grauissimi uiri nostræ ciuitatis, quos addecet magis ratione, q̃ armis ꝓtectos es se in posterum longe ꝓspicientes exultantem iuuen tutem ob hanc ipsam controuersiam represissent? ubi.n. rumor huius contentionis ꝑ urbem dissipatus est, statim armati adolescentes uicatim coacti maxima frequentia præsto affuerunt, ut sunt ꝓni ad iram animis exacerbati cunctorum uox, & sermo erat. Quoniam agitur inter nos de principatu, q̃ra-

tur

tur honos, & excellentia, non ex iure manu conser tum, sed potius manu, & uirtute periclitemur. ponantur honoris, ac dignitatis insignia in mediũ : sit uero sors domina campi, sunto, quib' sua cuiq; uirtus, & Mars dederint. Quæ tum uobis fiducia, quæ spes esse potuisset? quid si rei militari ꝑstantissimus Ferdinandus id ꝑmitteret, ut tantæ controuersiæ aliquãdo finẽ imponeret? sed bene uobiscũ agitur, qđ licet ciuitas nostra sit militiæ, bellicisq; studijs suapte natura dedita, habet tamen grauissimos uiros, q bus potissimum curæ est in posterum consultius ꝓui dere, & ætatis feruorẽ in iuniorib' reprimere. reseruentur potius hæc militiæ robora aduersus cões hostes huius imperij, & tantum disceptatore Senatu de iure nostro solidis rõnibus experiamur. non. n. ijs iudicib' ucremur, quin uos tandem pœniteat in alienas honoris, ac dignitatis possessiones tam teme re irruere uoluisse. Non sum ꝑdicaturus quas, quantasq; res gesserit terra mariq; populus Cremonensis. remitto uos ad annales ueterum, q gẽtis nostræ sẽp habitæ bellicosissimæ reb' ꝑclare gestis ubiq; redundant. hic extollere possem multa maiorũ nostrorum egregie facta omnib' uestigijs impressa, sed esset quodãmodo historiam contexere uelle, & annales ueluti scribere, unũ uobis satis esse posset Papienses ad reprimendum insolentiam uestram, quod supra innuere, ac significare tantum uolui, cum de

utriusq; municipij frequentia agerem. confectò.n. à Romanis bello secundo Punico, & secuto Macedonico, cum capta Placentia, Galliq; circum Padum habitabant, et Ligures rerum nouarum cupidi, Amilcare Pœno duce, traiecto Pado Cremonam ferro, manu, copijs oppugnatam obsiderent, eius populi uirtute multorum dierum obsidione tolerata, tandem audito auxiliarium copiarum, q̃ à Romanis subsidio missæ fuerant, aduentu facta eruptione nõ solũ ciuitas uersis in fugam hostib' se ab obsidione liberauit, sed p̃lio inito totum Gallorum, Ligurumq; exercitum ꝓfligauit, ac potius deleuit, cæsis, captisùe supra Gallorum quinq;, & triginta millib', interfecto insup Amilcare, cum trib' Gallorum ducibus apud illam nationem summo loco natis, hac nuntiata uĩctoria tanta fuit Romæ lætitia, ac gratulatio, ut à Senatu triũ dierum supplicatio decreta fuerit. monstratur adhuc à nostris locus tantæ pugnæ (Battalionem appellant) ab urbe circiter mille passus distat, quem etiam nunc ab eo p̃lio nomen seruare arbitramur. p̃lium.n. Galli Battaliam uocant. Quæ uero postea, et quanta bella Cremonenses, dum suis legibus in summa libertate uiuerent, contra finitimos populos gesserint, quasùe uictorias, et triũphos reportauerint, nihil hic sane est necesse cõmemorare, sed multa eorum insignia capta adhuc apud nos seruantur, carri, & naues uetustissimæ, q̃ oĩa missa

facio,

facio, ne uicinarum, ac sociarum ciuitatum inuidia in nomen Cremonense concitem, odiaque restincta resuscitem, cum amicitia nunc sit inter nos, & summa beneuolentia, & ut uidetis in hac causa nobis summis studijs adsint, atq; à nobis qcquid imminet periculi, cupiant ꝓpulsare. Quoniam autem iuuentutem Cremonẽsem interdum bellicosam, ferocem Martiamq; appellaui, ne qs forte autumet gentem nostram natura solum fortem, ac robustam, ui, atq; impetu animi ualentem, ꝓnamq, ad iram, & omnibus sine delectu, atq; discrimine infestam esse. Sunt ciues nostri fateor) militiæ plurimum dediti, miraq; omnib' est auiditas belli, & gloriæ cupiditas. nihilq; nisi turpe nomen, & famam metuunt, ea tamen est oĩum ferè disciplina, ac temꝑatio, suntq; ita plerunq; à maiorib' instituti, ut nemini pacato unquã noceant, nec nisi lacessiti ad arma ueniant. qn ipsa natura, & consuetudine lenissimos, atq; humanissimos omnes, quib' cum eis est res, expiuntur. militiã sancte, atq; integre colunt. In hibernis, cum socios difficillimis temporib' opus est sumptũ facere in militem, sunt abstinentissimi, & de suo potius hospites egentes, & miserijs cooptos ꝑ diuturna bella liberaliter alunt. Nostri uero duces, & militum ꝑfecti tribuni, ac centuriones ea fide, et integritate obeũt munus suum, ut nemo unq̃, non dico notatus, sed ne accusatus quidem fuerit, quod ab eo falsus deferretur

retur militum numerus, quodue q̃ſtui equites habe-ret, nihil loci eſt apud eos auaritiæ omnia referunt ad gloriam, q̃ apud noſtros ſemp̃ omnia potuit. exacto bello, impatoris iudicio laudati, quod opimæ p̃dæ loco nationis noſtræ hominibus ſemp̃ fuit, domũ redeunt, forumq́;, & relicta ſubſellia repetunt, nõ multo minus domi, q̃ militiæ p̃clari opifices ad ſuæ quiſq; ſellæ opiſq́;, & quotidiani q̃ſtus locum reuertuntur, intermiſſamq́; textrinam, ſutrinamue, aut agriculturam, ac cæteras quiſq; ſuas artis redintegrant domi togati, armati foris, perpetuo maiorum noſtrorum more, non furtis, aut latrociniijs dediti, ut p̃num eſt alibi noſtra tempeſtate militum genus. nulli ſicarij, nulli percuſſores, nulli laniſtæ, ſed ſuo quiſq; labore, atq; opa uitam tolerant nullius rei niſi laudis cupidi. Qui igitur honeſtis patrimoniijs carent, in aliqua ſe compendiaria arte exercẽtes, expectant dum rurſus orto bello impatoris iuſſu ad arma uocentur malarum artium inſolentes. Qua uero fide noſtri duces, & milites, populuſq́;, & tota ciuitas erga rempub. atq; erga ſacroſanctum impium ſe ſemp̃ geſſerint, quiuis ex Liuij hiſtoria facile intelligere poterit. In oĩbus.n.bellis, q̃ Romani geſſerunt contra Carthaginem, cõtra Philippum Macedonum regem, contra Aetolos, Achæos, Antiochum regem Syriæ, & Perſem, quẽ Aemilius deuicit, nunq̃ Cremonẽſes deſtiterunt de Romanorum

Imperio bene mereri, eis ad pscriptum semper milites dando, & stipendia, ad constitutum diem psoluendo. illustrius tamen Cremonensium fides uisa est elucescere, p omnib' alijs, bello secundo Punico. Nam cum ex XXX. colonijs, (tot.n.Romani tunc habebant) XII. fessæ pp diuturnitatē belli, atq; ad extremam inopiam, & solitudinem redactæ recusarent Romanis pecunias, & milites dare, & propterea consternatis animis Romæ iudicaretur actum esse de imperio, quod reliquas idem esse facturas putaretur, fuit Cremona inter illas XVIII. colonias, q in fide, & officio pmansere, quæ Romanis responderunt, se milites paratos habere ex formula, & plures ēt daturos, & quicquid pterea populus Romanus imparet, uelletq;, enixe facturos ad id neq; sibi opes deesse, animum ēt superesse. neq; se eos unquam deserturos, sed eundem casum subituros quēcunq; populo Romano fortuna tribuerit. cōsules legatis eorum responderunt sibi parum uideri pro merito eos sua uoce collaudari, nisi uniuersi patres in curiam coacti gratias omnib' egissent. nec tantum Senatus eos honoratissimo decreto est allocutus, uerūetiam ad populum pduxit ut inter alia pclara, q ipsis, suisq; maiorib' digna pstitissent, ēt cōmemorarent recens eorum meritum, quod tanti fuit momēti, ut Liuius testetur earum coloniarum subsidio tūc stetisse populi Ro. imperium, pfatusq; sit idē auctor

exquisitis

exquisitis illustrium uerborum ornamentis se nõ cõmissurum, ut eorum fides, & uirtus post tot secula sileatur, fraudenturùe laude sua singularum nomina recensendo. inter eas autem Cremonam fuisse eiusdem scriptoris, aliorumq; testimonijs clarissime constat. Nemo unq̃ nostrorum ciuium memoriæ ꝓditus fuit oppidum, arcemùe, aut ꝓpugnaculum fidei suæ ab Impatoribus creditum pretio corruptus hosti uendidisse. non q̃ro uestri ne ciues ullo unq̃ tẽpore id fecerint, nam mihi constitui meos potius laudibus suis ornare, q̃ si quippiam à uobis peccatum esset oratione insectari. Nemo unquam ex nostris militibus memoria non modo hominum, sed etiam annalium ꝓditionis, aut pfidiæ insimulatus fuit. nemo notatus ignominia. nemo ex tot cohortib', quas nostra ciuitas ad bellum misit fluxæ fidei transfugæ loco habitus est. omnib' ab ineunte ætate ob disciplinæ ueteris sanctitatem insitum est præsentes fructus negligere, posteritati tantum, & gloriæ studere. Cum bellum imminet, in municipijs ab imperatore externi milites, ut præsidio sint, locari solent; in urbe uero nostra nullum exterorum præsidium collocatur. cõmittitur ciuitati ob eius singularem, diuinam, & incredibilem fidem, ut ipsa sibi sit præsidio, quod nulli alij coloniæ, aut ciuitati pmitti solet. cõpertissimum est, & ueterum annalib' ualde celebratum maiores nostros aliquando socijs, et fœ-

deratis

deratis, sicut Saguntinos, & Massilienses, fidem usq; ad perniciem coluisse, cum.n.post C. Cæsaris mortem Romani in spem recuperãdæ libertatis ingressi essent, uidereturq; interim aliqua species reipub. reuiuiscente libertate, alterum fatali quadam calamitate bellum ciuile exortum est, aut potius idẽ redintegratum C. Octauio regnum appetente, oppugnataq; ob id iterum libertate, cumq; illi sese Brutus, & Cassius, & nonnulli alij principes ciuitatis opponerent, discerptusq; esset populus Ro. in partis duas, Cremonenses homines longinqui, & ab urbe Roma ualde remoti, ambigentes utra pars iustiorẽ causam haberet, utrisue potius obtemperandum, ad illam partem, q̃ postea uicta fuit, fato nescio quo ciuitatis nostræ misero, atq; funesto impulsi sunt, potius culpa erroris humani, q̃ scelere, secutique sunt eam causam, quam semper ꝓbarunt antequã belli ciuilis ulla esset suspicio. si fatendum est, eos errasse, errauerunt opinione officij, stulta fortasse, certe non improba specie quadam reipub. decepti, qui error fuit cõis cum multis, quib' uisum est potius totius ciuitatis auctoritatem sequi, q̃ unius hominis uoluntati parere, cum præsertim non esset eorum iudicij, neq; uirium discernere utra pars iustius pugnaret. opinione igitur lapsi, si aliqua humani erroris tenerentur culpa, a scelere certe libertati erant. Sed erroris sui haud debitas quidem, uerum necessa-

rias

rias cum multis alijs populis pœnas dederunt, diuiso eorum agro post Philippenses prælium, datoq; ue ueteranis. q̃ res etiam Mantuanis ꝓpter uicinitatem damno fuit, atq; incõmodo, ut P. Virgilius testatur uulgato carmine deplorans patriæ suæ calamitatem. Temporib' etiam Vitellianis ciuium meorum fides inuiolata, perpetuaq; cõstantia ciuitatem adduxit in maximas calamitates. cum.n.iam Vespasianus regnum affectaret, eam, ut supra memoraui, ꝑlio ad Bebriacum pugnato, tolerataq; multorum dierum obsidione captam, direptam, euersam, ac cõplanatam ꝓpe deleuit, ut uix simulacrum urbis, aut ullum uestigium remanserit, quam calamitatem nemini dubium esse potest, si historijs credimus, Cremonenses accepisse, quod nullis periculis adduci potuerint, omnib' malis, atq; incommodis conflictati Vitellio Imperatori fidem fallerent, qui antequam ulla illius ciuilis belli esse opinio, urbem in potestate habebat, ciuesq; sibi iurisiurandi religione obligauerat. Scit etiam Carolus V. Imperator, & meminisse potest, quantis incommodis, detrimentisq; affecta fuerit nostra ciuitas diuturna illa obsidione, ne sacrosancti huius imperij exercitum desereremus, qui difficillimis temporibus duce Corradino Germano, nihil potius habuit, q̃ Cremonam confugere, & salutem suam Cremonensium non minus fidei, q̃ muris concredere. Populus Cremonensis, ea uirtute,

qua

quã supra memorauimus, ꝓditus sumptis armis ꝑfe cit, ut Cæsariani milites æquissimis cõditionibus incolumes ad unum dimitterentur, multis tamen prius à ciuitate, ut id efficere posset, acceptis detrimentis. Longum esset, & ꝓpe infinitum omnia enumerare maiorum nostrorum egregie facta, in quibus eorum officium, ac fides erga rempub. & socios cum uirtute enituit. unũ tamen silentio nõ ꝓteribo. Quippe superioribus bellis cum inter Cæsarem, & Regẽ Gallum pactæ essent multorum annorum induciæ, Gallus, qui Mediolano, eiusq; totius ꝓuinciæ ditioni, à qua deiectus fuerat, aspirabat, rerum nouarũ cupidus, quietisq; diuturnæ impatiẽs, uiolatis clam inducijs, Albam, Clarascumq; municipia in Ligurũ finib' munitissima, q̃ à Cæsarianis tenebantur, à suis tentari, capiq; iusserat, missisq; ꝑ noctem ab Augusta Taurinorum tot cohortib', quod iudicabat satis fore ad eam rem patrandam, bipartito exercitu sine ulla difficultate Clarascum cepit ꝑterritis repentino tumultu, nocteq; intempesta Cæsarianis Militibus, qui ibi erant in statiuis. Albam quoq; iam deuentum erat, iamq; Gallicanus exercitus duce Io. Antonio Beneuellano supata fossa, admotis scalis muros ascenderat, aliqui etiam demissi ad terrã urbem iam ingressi erant Cæsarianis stipendiarijs, qui ibi in ꝓsidio collocati fuerant, cedentibus, arcemq;, & tutiora loca urbis ꝓpere petentib', parumq; ab-

V *fuit*

fuit quin Albæ eadem fortuna fuerit, q̃ Clarascū, munitissimumq́; municipium, q̃d semp̃ fuit contra Gallorum uim Cæsaris oppidis, ac rebus ualde opportunum ꝓpugnaculum, ꝓcul dubio deuenisset in hostium potestatem, nisi obstitisset insignis fides, & memoranda Virtus Cremonensis sacerdotis, qui est in ea ciuitate sacerdotum princeps, & sacrorum antistes. ille.n.audito tumultu, cognitoq́; periculo statim abiecta pontificia p̃sona, sumptoq́; sago populum sibi incredibili beneuolentia deuinctū, multisq́; nominib' obnoxium armauit, factoq́; agmine ad semicaptæ urbis locū ꝓperauit. hostes qui iam ingressi fuerant, capti sunt, qui murum ascenderant, deiecti, deturbatiq́; in fossam p̃cipites. Demum cæteri oēs fugæ consilium ꝓiectis omnib' ceperunt multis relictis scalis, sudibus ferreis harpagonib', cæterisq́; bellicis instrumentis, cum magna ui pulueris sulfurei, quib' omnib' Albensis populus potitus fuit, facile poterant Galli ad unum occidione occidi, oēsq́; illæ cohortes Gallicanæ pœnitus deleri, nisi in posterum ꝓuidens Ep̃s ueritus esset, se & suos nocti cōmittere. Si igitur Sacerdotes, quorum uitam, et cōsuetudinem alienam remotamq́; esse oportet ab armis, tanta uirtute, p̃diti sunt, tamq́; p̃clara facinora faciunt, ne non in fide p̃mansisse argui possint, qualē militum nostrorum patres uirtutem, ac fidem esse arbitramini? Interrogatus postea aliquando ab ami

cis

dis sacerdos ille noster, licuerit ne Pontifici posthabita religione arma capere, & se prophanis, & bellicis actionib' implicare, respondit, licere oībus à patria periculum propulsare, & se esse eius generis, & ciuitatis, q̄ reipub. semp̄ utilis fuit, & fide, & uirtute, neq; se posse à suis degenerare. Poßem p̄terea hic congerere innumerabilia diplomata à Romanis impatorib' nostræ ciuitati attributa in quib' ipsorū testimonijs fides Cremonensium ad cœlum usq; tollitur. Federicus Impator ob insignem ciuium fidem honoris causa Cremonam appellat fundamentum impij, ob eandem fidem, quam nostri Impatoribus inuiolatam semp̄ p̄stiterunt, Lodouicus Cremonæ cudendæ monetæ potestatem dedit, Cremonamque nobile oppidum ei subiecit, cæteriq; posteriores imperatores, qui ciuitatem nostram aliquo beneficij genere prosecuti sunt, p̄fati fuerunt, id dare, ut esset fidei gentis nostræ sempiternum monimentum. non negabit id, qui diplomata ab Atauo Caroli V. eius nominis Carolo quarto data legerit, quorum testimonium fidem sanctam esse oportet. De ipso autem Carolo V. nihil sane est necesse dicere. q̄ sæpius populi Cremonensis fidem, atq; constantiam exptus est, atq; quotidie experitur. Ne quis forte uero autumet me loqui de nostræ nationis spectatissima fide in rebus tantum publicis, idem sentio iudicandum esse de mutua ciuium inter se fide, & integritate ī priuatis

negotijs. nanq;, ut cætera uitia insignia non audiuntur in ciuitate nostra, diuorum, ac religionis contemptus, parricidia, testamentorum suppositiones, uenena, circunscriptiones adolescentium, incestus, aliaq; id genus tragica libidinum portenta maioribus uictimis expianda, deportandaq; in ultimas terras. maxime à nostris abest pfidia, atque auaritia, qua inbiante toties alibi est locus fraudationi. si qs apud nos quempiam fraudasse in contrahendis negotijs deprensus fuerit, statim, ut pestilens, aut parricida ab omnib' euitatur, nemo rationem cum eo, nemo rem ullam contrahit, omnes eius non modo commercium, ac consuetudinem defugiunt, sed ēt aspectū exhorrescunt. Quicqd agunt nostri, seu uēdāt seu emant, conducantùe, aut locent, alijsùe rōnibus contrahendis implicentur, fide bona, ac prisca id plurimum faciunt, quemadmodum inter bonos, ut dicitur, & prisca formula agier oportet. id quoque non posśum hoc loco silentio inuoluere memoratu dignum, quod in ciuitate nostra nuperrime factum poterit sempiternum exemplum esse, et monimentum contra pfidiam, atq; auaritiam. neminem nominabo, ne ab instituto discedam, quoniam optimi uirī quorum fides mihi est explicanda, adhuc uiuunt, neque ipsi nominari uolunt contenti sola optime facti conscientia. Quidam in ciuitate nostra satis diues, qui multos annos amplissimo, atq; opulentissimo sacerdotio

cerdotio ꝑfuerat, homo frugi, & parcus è sua longi temporis parsimonia ꝑmagnum auri cælati, atq; signati pondus confiauerat, is magis morbo q̃ ætate confectus, quod esset tenuis admodum ualetudinis, intelligens sibi uitæ finem adesse, sciensq; eam pecuniam haudquaquam hæredibus suis, sed magis illis, qui aliorum misericordia uiuunt, deberi, ut è sacris fundis, frugibusq;, & fructib' q̃sitam, duos ornatissimos, atq; optimos uiros ciuitatis aduocat, qui sibi aliqua consuetudine coniuncti erant, quiq; in ciuitate semꝑ habiti sunt digni, quibuscum, ut aiunt, in tenebris mices, eosq́; remotis arbitris secreto in cubiculo flens allocutus aꝑuit causam cur eos potissimum accersierit sub extremam uitæ suæ horam. se semꝑ ambos eos uiros iudicasse, quib' nunq̃ bono, honestoq́; diuitiæ potiores fuissent, se igitur nunc ambos obtestari ꝑ amicitiam, fidemq́;, ac ꝓbitatem; quas semꝑ, sancte, ac prisce coluisse omnib' iudicati sunt, atq; ab eis uehementer petere. summeq́; contendere, ne sibi deessent, suæq; ultimæ uoluntati. q̃ testamento committere non poterat legib' prohibitus, & religionibus, quib' alligatus erat, impeditus, opem ferrent, non se inuitum è uiuis excedere, q̃d omnib' officijs ac munerib' mortalis uitæ satisfecisse sentiret. cursu bene confecto, expletaq; peregrinatione, esse tantum unum, cui se defuisse doleret. hoc solo angi, et minus alacri animo ad æternam illam, &

& communẽ domum demigrare. id autem eſſe tandem, quod ex religioſorum ꝓdiorum fructib' aliq̃ pecuniarum uim ad ſummam plusq̃ mediocrem congeſſiſſet, ut fundos coemeret, unde ali poſſet ſatis amplus numerus hominum à quibus res receſſiſſet, quosue mendicare ingenuus pudor ꝓhiberet, memores generis, & priſtinæ ſuæ fortunæ, id ſe facere in uita quotidie comperendinando uſque in hunc diem diſtuliſſe. nunc autem, cum ſit morti ꝓximus, imminere periculum, ſi res extra emanet, ne in eã pecuniam irruatur. opus eſſe ſilentio, ac fide. ſe igitur omnem rem amborum uicariæ fidei, & pietati committere. quib' dictis, eis nullo teſte auri copiam fecit, quod ambo rei ipſius domino ſolo uidente ſub pallio aſportarunt, auroq; onuſti domum, ſuam uterq; redierunt, ſubmiſſo deinde ab eis ignoto homine, cui ad ſpeciem, ut hoc commento rem tegerent, & à ſe omnem auri ſuſpicionem remouerent, ægrotans ſacerdos ſaculos oblongos uili plumbo ꝓ auro refertos tradi iuſſit quaſi ꝑ ſycophantiam, mandauitque ei, coram familiarib', ut de neſcio quem commentitio nomine deferret. Mortuo non multo poſt ſacerdote pecunia expenſa, cum primum data eſt facultas mercandi fundos, eius uoluntatem optimi uiri optima fide ad obolum executi ſunt. iam dudum iudices quietus uerba facio, abſq; contentione, et multa me dixiſſe ſentio extra comparationem, non tamen

men eadem uideri possunt extra causam. Quid.n. ad ea q̃ extremo loco plurima de ciuitate nostra p̃dicaui, aduersarij habere possunt, quod de suo municipio mutiant? eo autem tendit mea tantarum uirtutum de ciuib' nostris prædicatio, quas commemoraui omissa omni contentione, ut, quod inter mortales semp̃ fuit difficillimum gloria inuidiam saltem uinceremus. Hesterna, hodiernaq; actione breuiter ꝑsecutus sum singula, quib' q̃q; ciuitas alia aliam antecellere possit. Nam in dicendo in omni scientiarum, artiumq;, & uirtutum genere semp̃ mihi se se amplissima silua offerebat præstantissimorum hominum ciuium nostrorum, uerum in pauca cõtuli, ut hanc molestiam citius à uobis, qui maxime estis occupati, dimouerem. etenim in singulis reb' eiusmodi materies redundat, ut singulos dies commode consumere possem. Verum tamen in omnib' facile ꝓbauimus Cremonam Papia longe superiorem esse, ut quisq; manifeste intelligere possit Papienses de excellentia cum omnib' ꝓuinciæ ciuitatib' contendentes deiectos esse omnino de principatu, eosq; hærere in salebra, & undiq; teneri, à tergo, à fronte, à lateribus. eorum causam labare, totam rem uacillare, conuulsis ijs omnib' fundamentis, q̃ eis ualidiora, solidioraq; uidebantur, ꝓbauimus Cremonam longe Papia antecellere antiquitate originis, nobilitate generis, frequentia populi, ciuiumq; splendore,

re,

re, ædificiorum item tam publicorum, q̃ priuatorũ magnificentia, censu quoq; atq; diuitijs, soli felicitate, & ubertate agrorum, morib', legib', & institutis, industria, optimarumq́; artium studijs, uirtute imprimis, fideq;, ac gloria rei militaris, q̃ omnia nõ modo locupletissimis testimonijs, firmissimisq́; argumentis ꝓbauimus, sed etiam Physicis, exploratisq; rationib' confirmauimus, quas nunq̃ aduersarij illæ emptitia oratione refellere ualeant, q̃ ardentib' studijs audire cupimus, ut uideamus q̃ sit tanta oratoris conducti eloquentia, aut potius confidentia. adduci ne poterunt, ut ad hæc respondere, aut omnino hiscere audeant. cum res ipsa loquatur, cum omnia, non modo explicauerim, sed ante oculos ita repræsentauerim, ut q̃tis ea non dico intelligere, sed etiam sensib' comprendere? si mentis erunt sanæ, nec ita prorsus excordes, non elaborabunt, ut confutent, ea q̃ non dico uicinarum ciuitatum, sed orbis terræ iudicio, ac testimonio comprobantur, ipsi etiam eadem confitebuntur, atq; approbabunt, & si qui uiri graues, & ꝓbi sunt apud eos, esse.n.com plures arbitror, ij si me audient, omnem culpam transferent in cupidam iuuentutem, eius dementiam deprecati, q̃ non publico consilio, sed priuata temeritate turbulentissima ratione controuersiam in re tam ꝑspicua, tam alieno tp̄e excitauit, solaq́; confessione dabunt pœnas rei male salutaris, & penitus

nitus

uitus omißam hanc causam, atq; desertam abiici, taciteq; antiquari patientur, nisi uelint ab omnibus explodi, atq; exibilari. Ita iudices uestrarum occupationum rationem habentes, a uobis hanc molestiam dimouebunt, nec crastino die uobis audire sit necesse me refellentem ea, q̃ secundum se facere aduersus nos contendunt.

CREMONENSIVM ACTIO TERTIA

ADVERSVS PAPIENSES IN CONTROVERSIA PRINCIPATVS.

SPerabam Iudices ex ijs, q̃ hesterna actione satis explicate ꝑ facultate disserui contra Papiẽses in contentione amplitudinis, me in posterum dicendi labore, & uos audiendi tædio pariter leuatũ iri. nemo n. ex illis, qui aderant, fuit, ut intelligo, q̃ non iudicarit aduersarios tot constantib' rõnibus superatos: planeq; conuictos, ac manus dantes ultro cessuros, abiturosq; deserta, abiectaq; causa, cum ad ea, q̃ ego disseruissem uiderent, nihil quod eos admodum leuaret responderi posse. At uero illos de susceptam causa, nulla uis, nulla ratio depellere potest controuersos, & inquietos, suamq; temeritatẽ nimis impudenter, ꝑfracteq; defendere adhuc uo-

sunt. Mirabar mecum q̃ nam esset istorum tanta arrogantia, undeue originem duceret. Interim q̃dã adolescentes nostræ ciuitatis nobilissimi, qui hoc tpe Papiæ iuris ciuilis scientiæ pdiscendæ dant opam, me admonuerunt se totam actionem Papiensium legisse in hac controuersia dignitatis, ab alijs adolescẽtibus sibi familiaritate coniunctis imprudenter traditam. & eam quidem retulerunt haud quaq̃ esse ppetuam orationem, sed interruptam potius scriptionem, & q̃dam quasi tantum capita rerum instar cõmentarij paulo plenioris, quib' rõnes, & argumẽta Papiensium continentur, quorũ quatuor, ad summum quinq; ualidiora, & firmiora sibi uideri, reliqua uero posita esse, ut numerũ augerent, & orationem ipsam pleniorem, ac refertiorem efficerent. nihil illos magnope efferre, antiquitatem originis urbis suæ, aut conditorum nobilitatem, nihil minus, q̃ de populi frequentia elaborare, nihil de optimis maiorum institutis, de moribusue, et legib' ciuitatis. de censu, & fortunis, urbisq; amplitudine mirum silentium, de splendore ciuium ne uerbum quidẽ, de uirtute, & industria hominum illos cĩno obmutescere, ut intelligatis eos non esse usq; adeo stolidos, ut ausi sint mentionem facere de pstantia eorum uirorum, qui doctrina exculti se literis, atq; artib' dedunt homine libero dignis. nihil illos penitus de arte militari, atq; minorũ opificum solertia, nihil de fide pstita,

stita, nihil de maiorum suorum cõmendatione dicere: oẽm illorum fiduciam in illis quatuor, aut quinq; positam esse, illaq; eos sola ꝓdicare, atq; intoleranter iactare. Demum ꝑter ea, q̃ iampridem in iudicium attulerunt ꝓ sua causa, ne literam qdem addere exceptis contumelijs, quas nobis imponunt. significarunt.n. nostri illi adolescentes earum orationem admodum detentatam esse, & rabiosulam, magisq; eis esse aculeos, quos in nos exerceant, q̃ neruos. ꝓ quo parem gratiam relaturus eram nisi ciuiũ meorum æquitas, ac lenitas, meaq; modestia obstarent. nunq̃ illi ꝓfecto apud ingratos beneficium po suissent. uerum nostræ grauitatis semꝑ fuit ius nostrum ꝑsequi sine summa aduersariorum ignominia, tam & si oratorib' ubiq; gentium antiquissimũ fuerit, Romæ ꝑsertim, & ẽt in Græcia, ubi humanitas nata esse dicitur, cum aduersario agere non modo libere, sed interdum ẽt accusatorie, eumq; cauillando ꝓbris, & maledictis, citra tamen petulantiam, figere. Isti nobiscum, ut libuerit, nos autem cum eis agemus more nostro. Videamus tandem q̃nam ea sint, tam solida, tam firma tantæ suꝑbiæ firmamenta Audite q̃so Iudices, atq; animaduertite. Aiunt Papiam Cremonæ ꝑferendam primo, q̃d in ea historia. ubi agitur de pace Constantiæ, cum contigerit utriusq; ciuitatis fieri mentionem, ordine ꝑpositam fuisse Papiam, ut ibi legatur, PAPIAM

CREMONAMQVE, idem factum fuisse in nouis Constitutionib' Caroli V. Imparatoris nuper editis in puincia Mediolanensi seruandis. eundem quoq; ordinem semp tenuisse ferunt Sforcias Mediolani Regulos, & quotquot huic puinciæ ab Imperatorib' Romanis ppositi fuerunt, eosq; in oībus decretis, & epistolis, tam publicis, q̄ priuatis, cum nomen suum ascribunt, Papiam ferè semp anteponere solitos hoc ordine, DVX MEDIOLANI, PAPIAE ANGLERIAEQVE COMES GENVAE ET CREMONAE DOMINVS. Afferunt secundum argumentum nō multo firmius primo, se nescio cuius impatoris diplomate seiunctos esse penitus, ac seiugatos à Mediolanēsis imperij ditionē. Papiamq; p se esse pfecturā, quam uulgo Comitatum uocant. Inculcant deinde cōplura Impatorum diplomata, quib' municipium suū multis honoribus, & dignitatib' cohonestatum pdicant. Quarto loco multum spei iaciunt in academia, & literarum gymnasio, quod relictis, ac pteritis cæteris puinciæ ciuitatib' Papiæ institutum fuit. Vltimo pugnant se omnino Cremonensib' pponendos, uel ob id solum, quod Papiam regum, regniq; sedem pmultos annos fuisse constat, cur non potius latronū receptaculum? Nihil eos pterea addere accepi exceptis uerborum contumelijs, qbus nos lacerant. sed in ijs paucis esse oēm fomitem eorum arrogātiæ, atq; supbiæ. Quæ q̄ nihil sint, non uereor iudices, qn hodie

die uobis oratione breuiter planum faciam, si me benigne, attenteq; & bona cum uenia audieritis, quod heri, et nudius tertius, uos facere in tota actione animaduerti, & gauisus sui. Ad hanc reliquam dictionē alacri animo supra modum ingredior. Iam enauigauit è scrupulosis cotibus oratio, iam ex undis, & scopulis emersit, partem periculosissimam pteruecta, ut arbitror, sine offensione. iam mihi adēpta illa uincula, quib' illigatus, atq; impeditus nō poteram meo more excurrere, & oratione uolitare iam cōpedes excussæ, quib' detinebar. rem uobis tantum nutu, & signis innuere cogebar, cum de dignitate, atq; excellentia nostræ ciuitatis agerem, ne uobis iudices, oībusq; illis, qui tunc aderant, quos ēt hodie, et multo plures adesse intueor, uideremur de fortunis nostris, de uirtutib', & laudib' ad oēm excellentiam intolerantius gloriari, finesq; modestiæ trāsgredi, uerebar, ne uanitatis à uobis notaremur, neue socijs ciuitatib' honestissimis inuidiam, atq; aliquam offensionem excitarem. in illis locis inuita uersabatur oratio, cui iussa meorum ciuium semp moderabantur, neq; extra cancellos egredi licebat, & si quando septa mihi circundata transire, & uelis passis longius, puehi uisus sum, mea eam oēm. nō meorum orationem fuisse confiteor. Prodeamus tādem in aciem, & discrimen. inspiciamus aduersariorum singula argumenta, eaq; constantissimis, et necessa-

rijs

rijs rationibus ita infirmata, ꝓsternemus, ut luce clarius ꝑspiciant, q̃ nihil penitus afferant, quantisq; in tenebris uersentur, tam in nonnullis historijs, q̃ in nouis constitutionib' Caroli V. Impatoris nuperrime editis, cũ contingit fieri mentionem utriusq; ciuitatis, constat aliquãdo principe loco numerari Papiam. hui, tam firmum, tam certum, tam inexpugnabile argumentum? tam exploratam rõnem. Videte Iudices, quid tam puersum, ꝑposterumue excogitari possit, quasi.n.id semp consulto fiat, & de industria, neq; magis casu, atq; fortuitu, ut q̃q; prior ciuitas in mentem uenerit scrbientis, eiusq; memoriam mouerit, quod facile iudicare possunt, non modo illi qui historias conscribunt, sed ẽt oẽs, qui earũ lectione delectantur. Hic ideo non multus ero in congerendis exemplis, quib' luculentissime ostendere posem talem esse scribentium consuetudinem, cũ neq; Papienses audeant affirmare, se ubiq; principe loco nominari, id manifeste uideri põt apud Liuium tam consumatum rerum scriptorem, quoties ei contingit duas ꝑclaras Romanorum colonias numerare, Cremonam, & Placentiam. non.n. eundẽ ordinem semp seruauit, sed aliquando Placentiam, interdum Cremonam priore loco nominauit. si aduersarij in iureperitum aliquem consuluissent nunq̃ ꝓcul dubio tã incõstanti rõne ĩnixi fuissent. Placet .n. iurisconsultis prudentibus uiris istiusmodi ordinẽ

non

non attendendum, nisi in rebus penitus inuolutis, atq; obscuris, in quib' nulla alia apparent uestigia, unde ueritas erui possit. Atqui hesterna, & supiore actione enumerauimus plurima indicia, & certissima argumenta, quib' manifesto constat Cremonam longe Papia pstare, ideoq; non opus esse nos ad istas argumentorum quisquilias, ad tam inconstantis inq rationis angustias, & angulos cõpelli, cum iam Papienses pbatum fuerit nostram Ciuitatẽ uestra longe antecellere antiquitate originis, nobilitate generis pp conditores, populi frequentia, ciuium amplitudine, & splendore, optimis institutis, opibusq;, et omni uirtutum genere, industria item, & arte militari. q sane omnia cum sint indicia, insignia, et admodũ manifesta ueritatis, quid me reuocatis ad obscura qdam signa, & fallacia uestigia? cum inq mihi clarissima solis luce frui datur cur me in tenebras noctis ultro conijci sinam? Eijcienda est ista omnis uestra ratio, q tota est nugatoria, et à sapientissimis uiris iurisperitis iampridem repudiata. neq;.n. ulla oratione defendi potest, nisi forte uelitis uestra causa sanctissimas leges etiam in iure pontificio antiquari, aut penitus abrogari, in quib' numerari contingit Italiæ antiquas academias, et literarum gymnasia, nulla habita antiquitatis, aut dignitatis ratione, ut interdum Bononiense, quod est antiquissimum postero loco numeretur. Atqui in decretis, et epistolis, regu-

regulorum Mediolanensium constans, et perpetuus ordo semperq; idem seruatus fuit, ut ascriberetur, Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes Genuæ, & Cremonæ Dominus. ad ineptias identidem reditis, quasi uero istuc ex ꝓposito, constantiáq; senatus consilio factū fiet, & non potius fortuitu, ut q̃q; ciuitas in mentem uenit illi librariolo, qui primus in describendis illorum principum epistolis fuit auctor istiusmodi ordinis. si ista ascriptionis formula Iudices, pro cuiusq; dignitate nomen cuiusque ciuitatis numeratur, neq; id potius casu, aut fortuitu fit, fateri erit nobis necesse Papiam, non modo Cremonæ, sed etiam Genuæ præferendam tam præclaræ (Dij boni) ciuitati, q̃ ad regiæ urbis prope maiestatem accedit, Angleriamq; perexiguum, & desertissimum oppidulum, itidem & Cremonæ, et Genuæ anteferendum. Quo quid dici potest obtusius? non. n. negare possunt aduersarij Genuam, & Cremonam enumerari tam post Papiam, q̃ post Angleriam, in eadem ipsa formula ascriptionum, q̃ tantopere præ se iactant, nisi forte etiam Papienses nulli ciuitatum amplitudine cōcedentes præfracte defendere uelint, & Papiam, & Angleriam ipsam quantumuis contemptissimam Cremonæ, & Genuæ omnino dignitate esse præferendas. Expecto an ita ferrei, ita impudentes respondeant, ut homines ab illis uix manus abstinere q̃ant. Aut igitur iudices ille

le ciuitatum ordo in ista formula incertus est, & fortuitus, aut si ulla subest ratio, nulla alia esse potest, q̃ quod ille qui eas ciuitates isto ordine enumerauit imitatus est optimos oratores, q semp potissima q̃q; partim in principio, partim in fine orationis locant, medium uero referciunt segniorib', aut certe ille, qđ maxime ꝓbo, rõnem habendam duxit potius tpis, q̃ dignitatis, ut primo loco eam ciuitatem numeraret, q̃ prius in Mediolanensium regulorum ditionẽ, et potestatem uenit. Siquidẽ Cremona nemini subiecta multos annos suis legib' uixit, multoq; post Papiam adiecta fuit Mediolanensi impio, q̃ quidem ratio ꝓspicue nosci põt in illa longissima regnorum enumeratione, quam Cæsar in epistolis ascribere solet, ubi hac de causa si ad dignitatem respiciamus, oĩa fere ꝑpostere numerantur, nam interdum q̃ tenuissimæ sunt ꝑfecturæ regnis amplissimis ꝑferuntur. Nõ pluribus agam, neq; longius ꝓgrediar. ijs q̃ dixi satis liquet, q̃ hæc omnis istorum ratio sit inconstans, inconsultaq;, & q̃ tenui filo pendeat, cui plane ab omnib' ꝑsertim in iure peritis contradicitur. nullum aliud argumentum afferre possunt uoluntatis, ac iudicij hac de re fortissimorum uirorum, qui Mediolano, et toti ꝓuinciæ imparunt, nisi in nominis ascriptione tenuem quandam, & ꝑexiguam formulam, qua contendunt grauissimos uiros magnos illorum temporum heroas, de omni hac dignitatis, et hono-

ris controuersia statuisse, tantã inq; rem tam tenui, & obscuro indicio, tamq; exiliter dijudicasse. Quid si uobis ostendo iudices, quid ijdem illi heroes non te nuiter, aut inuolute, non signis, et argumentis, q̃ ꝑ-sæpe fallere possunt, sed re ipsa manifesto de utriusq; ciuitatis p̃stantia statuerint. Possem hoc loco multa eorum recensere beneficia quib' ciuitatẽ nostram p̃ cæteris totius ꝓuinciæ post Mediolanũ cohonestarunt, quib' tanq̃ certissimis, firmissimisq; argumentis indicarunt, q̃ sibi causa nostra semꝑ ꝓbata fuerit, q̃ue illustri loco semꝑ nostram ciuitatem p̃ uestra habuerit. sed ne nimius uidear, omissis cæteris, q̃ afferre possem, unum satis solum refragari poterit isti inani aduersariorum numerationi. Notissima loquor, et recentissima Franc. Sforcia nouissimus Mediolanensium Dux ex Sforciarum nobilitate cũ primum Caroli V. Cæsaris nutu in regnum, & ditionẽ maiorum suorum restitutus fuit, ut erat uir summo ingenio, multa etiam doctrina, & plurimarum rerũ usu p̃clarus, non modo ad Cremonensium postulata, sed ipse sua sponte diuino consilio, atq; optima mente cauit, ne quis Cremonæ p̃tor ius diceret, nisi esset ex amplissimo senatorio ordine tanq̃ ex Areopago sumptus, nisi inquam ex hoc sacrosancto collegio uestro, ex uestris inq̃ consessorib' iudices, quos uir ille ꝑspicacissimus cooptauit in hunc locum non gratia ulla, amicitiaue, aut commendatione maiorum indu

ctus,

ctus, sed quos frequens fama excellentis cuiusdam ingenij, et spectatæ uirtutis undiq; cõmendabat, hoc honore amplificauit, nec solum ex ꝓuincia, ciuitatibusq; suæ ditionis accersiuit, quos ea dignitate ornaret, sed ex omni Italia, totaq; ꝓpe Europa lectissimos uiros undiq; asciuit, quorum uirtus spectata esset magno theatro, florem .s. totius Italiæ, & ꝓpe uniuersi terrarum orbis quoddam selectissimarum uirtutum quasi specimen. Neq; eos facile ꝓbabat, qui tantum iuris essent ꝑiti ad respondendum, & cauendum exercitati, sed ab omnib' ꝑterea exigebat eloquentiam, & plurimarum rerum scientiam, atque usum, grauitatem, honorem. fidem, ut plurimis uirtutibus ornati essent, simulq; moderatis moribus commendati, omnesq;, ut breuiter expediam, uirtutis numeros implerent. Ex ijs florib' collegit bene amplum numerum, quos lectissimos in ꝓuincia iuri dicundo, ciuitatumq; gubernaculis ꝑficeret, totius Italiæ, & omnes Europæ insignia q̃dam lumina, atq; ornamenta. hunc grauissimum ordinẽ, ut uos quotidie experimini, qui habent in ꝓuincia controuersias graues, atq; arduas q̃stiones, adeunt, iusque, & opem à uobis implorant, ne iniuste iniquis præposterisùe municipalium iudicum sententijs conficiantur. Quodcunq; uos censueritis, iudicaritisùe, firmum manet, atq; ꝑpetuum, neq; ulterius ab hoc ordine datur ꝓuocatio, & q̃ à uobis facta sunt sena

tus consulta, ꝓ oraculis habentur, et Cæsaris uocantur responsa, cuius etiam nomine inscribuntur. Functo deinde uita Sforcia omnis potestas ꝓuinciæ ad Cæsarem omnino translata fuit, uel potius reuersa. Hic sapientissimus Impator non minore cura, ac diligentia uestro collegio studet, ac fauet, nam cum cõtingit aliquem ex collegis uestris morte è medio tolli, semp ex omnib' ꝓuincijs, ac regionib' lectissimũ quenq; accersit, quem in demortui locum uobis approbantib' sufficiat. quo factum est, ut tam sacrosancti concilij gloria sit usq; ad cœlum euecta iamq; non tantum priuatorum hominum controuersiæ è ꝓuincia, sed tota ex Italia, finitimisq; ꝓuincijs rerum publicarum causæ grauissimæ interdum huc deferuntur. quotidie regum legati ad uos confluunt hac eadem de causa, ut è collegio uestro sumant sibi iudices, arbitrosq; constituant. iamq; Mediolanum omnib' ꝓuincijs, gentib', nationibusq;, & regnis ꝓstat, quod olim toti Græciæ Athenæ. Arbitror equidem uobis omnibus, qui adestis iudices notum esse quanta controuersia fuerit supioribus annis inter Ferdinandum Romanorum Regem, & Venetos de finib', deq; maximis rebus. metus erat ne res ad uim, ad manusq; deueniret, magnumq; inde bellum inter eos oriretur. demum conuenit utrisq;, ut iudex tantis controuersijs daretur de collegio uestro. datus est uir singularis ingenij, exquisitæq; doctri-

næ Lodouicus Porrus, quo disceptatore omnes illæ controuersiæ paucis mensib' sublatæ fuerunt utrisq; partibus indicato acquiescentibus, iudiciumq; ultro approbantibus: coactus fui hæc iudices longius fortasse, q̃ oportebat repetere, & uobis præsentibus, atq; audientibus de uobis ipsis uerba facere, & de ueſtra in omnib' rebus præſtantia, atq; excellentia plura fortaſſe, q̃ hic locus patiebatur dicere, in quo metuebam, ne quis orationem meam parum ꝓbaret. quod inepte laborarē, ut uobis ipsis qui essetis, ostenderem, quantaue esset ueſtri ordinis dignitas. ego uero in eam orationem non casu sensim, ut fit interdum, prolapsus incidi, sed necessitate compulsus dicendi, non ꝑꝑ uos, quos minime latet, q̃ alto, & illustri loco sita sit dignitas ueſtra, sed ut aduersarij, qui nihil sentiunt, oculis intueri possint saltem ex ordinis ueſtri dignitate, quanto maioris honoris prærogatiua Cremonam præ Papia dignat fuerint non modo Duces Mediolanensium, sed etiam quanto honestiore loco nos habeat Cæsar ipse, qui ꝑpetuo decreto sanxit nõ aliunde Cremonæ prætorem dari, q̃ è sanctissimo collegio ueſtro, neq; eum qui Senator uerbo tantum sit, factis uero minus, ad tempus tantum, dum prætura durat, simulatus, sed eũ qui tam re, quàm nomine sit in ordinem ueſtrum cooptatus, quiq; ꝑ aliquod tempus uisus fuerit uobiscũ in publicis iudicijs p̃esse collega ueſter, atq; conſeſ-

sor. Papiæ uero, ut cæteris Mediolanensis ditionis ciuitatibus, ac municipijs prætor datur utcunq; iurisperitus, undecunq; ascitus. Mediolano tamen non magnopere est necesse tam exquisita ratione prætorem dari, quod in ea ciuitate tanquam Regina, & totius prouinciæ domina, Senatus ipse, et cæteri summi magistratus prætoris munus in maximis rebus explere possunt. Quid ultra tenditis Papienses? Quid adhuc tergiuersamini? Quid frustra pugnare nitimini? Si rationem uestram, cum nostra conferatis, uidetis quàm nostra præstet, quàm emineat, quàm superior dominetur. illa uestra enumeratio præpostera, ad quam unam tanquam ad anchoram confugitis, cui uni omnib' præsidijs desertis, ac destituti mordicus inhæretis, uerbo continetur, nostra autem re fulcitur, uestra in eo consistit, quod casu, nostra in eo quod consulto fit, uestra incerta est, atq; instabilis, nostra firma, atq; semper eadem, uos præ nobis fortuito numeramini, at nobis ex decreto firmo, stabili, atq; perpetuo, ex amplissimo senatorũ ordine prætores destinantur, qui uiri, Dij immortales? nam semper ipsius collegij lumina, floremq; omnem totius consilij pro rei dignitatem ad nos mittunt, ut clarissimus uir Ia. Philippus Saccus totius collegij facile princeps interdum quodammodo moleste ferat, conqueraturq;, quod singulis biennijs necessario semper collegio dexter oculus effodiatur. possem hic cõ

numerare

numerare multos præclaros uiros, qui ex eo ordine in ciuitate nostra cum potestate prætoria, atq; imperio fuerunt. nec quenquam eorum ibi fuisse pœnitere arbitror. semper .n. exactis biennijs, eo magistratu expleto, à nobis recedunt ita ægre, ita affecti, ut à carissima patria reuelli uideantur. non est quod singulos honoris causa nominem, quoniam eorum maxima pars hic præsentes estis, sentitisq; me minime mentiri. Hinc factũ est, ut Placẽtini uicini nostri, & nunc quoq; socij, homines acutissimi non ignorantes quàm præstet ciuitatem optimum prætorem sortiri, nuperrime in ditionem Cæsaris, et potestatem ultro dediti inter cætera, q̃ postularunt à te Ferdinande, qui eam ciuitatem in fidem tuam recepisti, id primum fuit; ut sibi æque, ac Cremonẽsibus daretur prætor ex ordine Senatorio. quod tibi uisum est illis non negare, & ex omnibus patrib' mœrente Senatu, & ne id fieret obsecrante misisti uirum optimum P. Paulum Arigonium summa integritate præditum, plurimisq;, & optimis uirtutibus ornatum, qui ibi prætor ius diceret, cum maxime is unus ab illis expeteretur, quib' pp uicinitatem innotuerat, quàm strenue, quàm integre, sancteq;, & prisce is præturam Cremonæ paulo ante gesserit amabilis omnib' bonis, improbis uero, & audacibus formidolosus. An uero uobis Papienses non uidetur id per se manifestum argumentum iudicij qđ

Mediolanensium

for. Papiæ uero, ut cæteris Mediolanensis ditionis ciuitatibus, ac municipijs prætor datur utcunq; iurisperitus, undecunq; ascitus. Mediolano tamen non magnope est necesse tam exquisita ratione p̃torem dari, quod in ea ciuitate tanquam Regina, & totius p̄uinciæ domina, Senatus ipse, et cæteri summi magistratus prætoris munus in maximis rebus explere possunt. Quid ultra tenditis Papienses? Quid adhuc tergiuersamini? Quid frustra pugnare nitimini? Si rationem uestram, cum nostra conferatis, uidetis quàm nostra præstet, quàm emineat, quàm sup̄ior dominetur. illa uestra enumeratio præpostera, ad quam unam tanquam ad ancboram confugitis, cui uni omnib' præsidijs desertis, ac destituti mordicus inhæretis, uerbo continetur, nostra autem re fulcitur, uestra in eo consistit, quod casu, nostra in eo quod consulto fit, uestra incerta est, atq; instabilis, nostra firma, atq; semp̄ eadem, uos præ nobis fortuito numeramini, at nobis ex decreto firmo, stabili, atq; p̄petuo, ex amplissimo senatorũ ordine prætores destinantur, qui uiri, Dij immortales? nam semper ipsius collegij lumina, floremq; omnem totius consilij p̄p̄ rei dignitatem ad nos mittunt, ut clarissimus uir Ia. Philippus Saccus totius collegij facile princeps interdum quodammodo moleste ferat, conqueraturq;, q̃d singulis biennijs necessario semper collegio dexter oculus effodiatur. possem hic cõ

numerare

numerare multos praeclaros uiros, qui ex eo ordine in ciuitate nostra cum potestate praetoria, atq; imperio fuerunt. nec quenquam eorum ibi fuisse poeni tere arbitror. semper .n. exactis biennijs, eo magistratu expleto, à nobis recedunt ita aegre, ita affecti, ut à carissima patria reuelli uideantur. non est quod singulos honoris causa nominem, quoniam eorum maxima pars hic praesentes estis, sentitisq; me minime mentiri. Hinc factũ est, ut Placẽtini uicini nostri, & nunc quoq; socij, homines acutissimi non ignorantes quàm praestet ciuitatem optimum praetorem sortiri, nuperrime in ditionem Caesaris, et potestatem ultro dediti inter caetera, q̃ postularunt à te Ferdinande, qui eam ciuitatem in fidem tuam recepisti, id primum fuit, ut sibi aeque, ac Cremonẽsibus daretur praetor ex ordine Senatorio. quod tibi uisum est illis non negare, & ex omnibus patrib' moerente Senatu, & ne id fieret obsecrante misisti uirum optimum P. Paulum Arigonium summa integritate praeditum, plurimisq;, & optimis uirtutibus ornatum, qui ibi praetor ius diceret, cum maxime is unus ab illis expeteretur, quib' pp uicinitatem innotuerat, quàm strenue, quàm integre, sancteq;, & prisce is praeturam Cremonae paulo ante gesserit amabilis omnib' bonis, improbis uero, & audacibus formidolosus. An uero uobis Papienses non uidetur id per se manifestum argumentum iudicij q̃d

Mediolanensium

Mediolanensium duces haberent de utriusq; ciuitatis dignitate, atq; præstantia quidue Cæsar ipse de nobis, ac uobis sentiat.ut.n. nobis alia deessent, quæ omnia summa adsunt, & ꝑ nobis pugnant, nonne id unum tale est, ut posset uobis eripere illud unicũ præsidium relictum, quod locatis in præpostera ista formula, ubi principe loco numeramini. aut ita uobis contemnendus uidetur ordo senatorius, ut id pro nihilo habeatis? resipiscite tandem Papienses. pudeat tam incertæ, tam inconstanti, & inconsultæ rationi uos totam causam commisisse. cognoscite tandem discussis uestris tenebris meæ orationis radijs quanto inflati errore duceremini. Iam uero patres uideamus quid rationis Papienses secundo loco afferant, qua innixi contendunt se Cremonensibus dignitate antecellere. Aiunt quorundam Imperatorum decreto suum municipium penitus seiunctum esse, ac seiugatum à Mediolanensi ditione, neq; omnino tanquam ꝓuinciæ partem, prouinciæ legibus obnoxium parere, atq; de hoc sane extare diplomata luculentissimis literarum monimentis clarissima, huic rei argumento esse, quod in decretis, ac literis tam publicis, quàm priuatis reguli Mediolanenses cum nomen suum ascribunt, nominant se prius quidem Duces Mediolanensium, deinde Papiæ Comites, seu mauis Græco more καμάρχους. Comitatus.n.uulgo habere dicitur, quod præfecturam Latine

tine appellare possumus, cuius nominis rationem hanc esse ferunt. nam cum aliquam regionem, tractumúe cum oppidis, & municipijs, Romanorum Imperatores commendabant alicui ex familiarissimis, quos semper secum assectatores habebant, eiusmodi præfecturas Comitatus uocabant, quod illi, quibus eæ demandabantur, comites essent imperatoris. hinc etiam dicebantur palatini, quod in palatio cohabitarent. ne forte Papienses nostri tam uerborum, quàm rerum ignari errore ducantur, autumentq; propter inscientiam eo nomine se omnes esse Cæsaris comites, & sodales. Præfecturam igitur fuisse aliquando Papiam, neq; concedo, neq; ualde repugno. nec me multum mouent uestra ista aut commentitia, aut iampridem exoleta, et plane mortua diplomata. ea uero per nos carissima habeatis, & quantúlibet diligenter conseruetis, dum intelligatis tamen uos rem, quæ nihil est, ob inscitiam uestrã magnipendere. itidem Cremonam, si quid ad rem spectat, præfecturam aliquando fuisse probare possem, &, ut alia deessent, quæ multa suppetunt, id unum satis esse posset argumentum, quod uidemus in nostra ciuitate sacrorum antistitem Cremonæ Episcopum, & Comitem uocari, publicisq; decretis inscribi: sed quæ malum) est ista ratio? In agro Cremonensi sunt non parum multa oppidula minutissima, ac cõtemptissima, quæ istiusmodi præfecturæ nomen habent.

Z *immo*

pene ausim dicere, quot oppida, pagiq́; , & uici sunt in tractu Papiensi, tot p̃fecturas, comitatusq́, apud nos esse, &, ut aliqua, non tamen magni honoris causa nominem, Couum, Antiniacum, Persicum, Castelletum Pontionorum, Romanengum, et si Dijs placet, ẽt Machesturma, ne inter ea enumerem Sõcinum agri Cremonensis nobilissimum oppidũ, quã p̃fecturam supioribus annis adeptus fuit Maximianus Stampa ob fidem Cæsari p̃stitam, opamq́; egregie reipub. nauatam post obitum Francisci Sforciæ secundi Mediolanensium Ducis Mediolani arce, cui p̃fectus fuerat, bona fide, ut æquum erat uoluntate impatoris tradita. Tempestate M. T. Ciceronis Tusculum suburbanum municipium non erat p̃fectura, quod quidem erat Atina, cum autem esset q̃stio nobilitatis inter Cn. Plancium Atinatem, & M. Laterensem Tusculanum, qui eum accusauerat, Cicero qui Plancium defendebat cum conferret Atinam p̃fecturam cum Tusculano municipio, quod non erat præfectura, non est ausus tamen Atinam Tusculo adæquare, quod ea præfectura, ut ipse fatetur, non esset tam prisca, tam honorata, tam suburbana. ut intelligatis præfecturam, Comitatumue nomẽ esse potius magistratus, q̃ honoris alicuius excellentis. idem dicendum censeo de nomine principatus, quo se aduersarij, ut audio, iactant, fuisse insignitos à Maximiliano Romanorum Impatore, id

postulate Lodouico Maria Sforcia Mediolanẽsium duce, quod quidem q̃uis mihi sit sane nouum, nec hactenus unq̃ auditum, & ut ego quidem suspicor, cõmentitium. sit tamen ut lubet. mea causa estote comiti, aut principi subiecti. nos Carolo V. Romanorum Imp̃atori una cum cæteris ꝓuinciæ ciuitatibus interim obtemperabimus. eiq; ut domino parebimus, quoniam Cremonæ dominum se ꝓfitetur, uos autem, ut comiti. itemq; si ita magis libet, ut principi paretote, aut ego id quale sit prorsus non intelligo, aut uos plane desipitis. rogo uos utrum honorati' arbitramini, principem ne esse urbis, an dominum? neminem ita habetem, ita obtusum esse reor, qui si ei datur optio, uelit ne esse ciuitatis dominus, an princeps, non ꝓtinus clamet se malle dominum esse, cum aliquis possit esse ciuitatis princeps, qui tamen eiusdem non æq; sit dominus. contra uero nemo dominus, quin ẽt simul princeps. nimirum hæc uox nihil aliud notat nisi quandam ordinis p̃rogatiuam. idem est.n.principem esse, et esse primum. dominari uero non est tantũmodo ordine antecellere, uerum etiam ditionem affert regnum, atq; imperium. Hinc ROMANOS, dixit ille RERVM DOMINOS. is.n.titulus est tantæ dignitatis, & excellentiæ, ut non tantum regibus conueniat, sed ẽt deo regnum omnium regi à mortalib' tribuatur. hãc ob rem Augustus Cæsar moderatissimi animi Impe

rator edicto cauisse memoratur, ne quis se dominum uocaret superbissimum id esse ratus. Domitiano autē postea maximæ arrogantiæ datum fuit, quod hoc titulo non abstinuerit. principis uero nomen nullus quantūcunq; moderatus Impator unq̄ recusauit. Id si negabitis Papienses, cogetis me ꝑter consuetudinem huius loci, contraq; meum institutum confugere ad poetas, apud quos sancte, ac religiose latinarū uocum synceritas custoditur incorrupte. uulgatum est.n. TV DOMINI NOMEN PRINCIPIS ILLE TENET, Carmen clari admodum poetæ, qui fuit Augusti Cæsaris tpibus, cum maxime ui geret eloquentia. id contra quid adhuc pugnare possitis, non uideo. Verum ne disputatio nostra uideatur circa uerba tantūm uersari ꝑter huius loci dignitatem ad Græcorum quasi consuetudinem, alia aggrediamur uia. Franc. Sforcia, qui primus in Sforciarum domum insignia impij Mediolanēsis intulit, anteq̄ totius ꝓuinciæ ditione potiretur, cum Blancā Mariam Philippi Vicecomitis filiam in matrimonium duxisset, tradita est ei à socero Mediolanensium duce Cremona dotis nomine, & cum is etiam Angleriæ ꝑfecturam simul obtineret, q̄ro à uobis quo nam titulo eum magis honoratum fuisse putatis, quia ne esset Angleriæ Comes, an quod Cremonæ dominus? Porrò ille etiam nullam habuerit ꝑfecturam, quas uero retuli esse in agro Cremonensi permultas,

multas, detulerit oẽs assectatoribus suis. rogo uos utros existimetis honore, ac dignitate præstãtiores, eos ne, quibus ab illo attributæ essent præfecturæ, an illum ipsum qui omnes attribuisset, nullamq; sibi prorsus retinuisset contentus sola Cremonæ dominatione? Videtis uos undiq; circunclusos. nam nisi secundum nos responderitis, ridebunt omnes. Iam dudum iudices, nimium tenuiter argumenta colligo, nimisq; multa à me disputata sunt de re apertissima, quam nemo nisi excors uocaret in dubium. Id genus est etiam illa eorum distinctio, ac secretio à ditione, ac dominatu totius ꝓuinciæ Mediolanensis, quam tantum præ se iactant, nanq; ab eodem diplomatum tam inanium fonte, q̃ dictitant se habere, tota deriuatur. eam ẽt ꝓbant illa ipsa eadem inscriptionis formula, q̃ modo confutauimus, explosimusq;. nam Sforciæ reguli nomen suum decretis, & epistolis ascribentes, profitebantur se non tantũ esse Mediolanensium Duces, uerum etiã speciatim Papiæ Comites, cũ neq; Placentiam, aut Parmã, neq; Laudẽ, neq; Nouariam, neq; Comum, neque Derthonam, neq; Alexandriam, neq; plerasq; ciuitates nominatim numerarent, eas generatim oẽs cõplexi Mediolani nomine ꝓlato. Vero inq̃. Papienses tam inconsulta rõne nobiscum agitis. Non uident cæci, si quid id esset, si quid causæ suæ id suffragaretur idem iudicium de nostra ciuitate faciuudũ, cum

cum pariter in eadem aſcriptione à Mediolano Cremona ſecernatur. ſed q̃, mala crux, eſt iſta Papienſium à cætera ꝓuincia ſeiunctio, atque ſemigratio. Quis poſſit ſatis iſtorum mirabilitatem admirari? tantam inq̃ inſcitiam, ac ſtuporem. Videte patres q̃ omnibus clauiculis innitantur. ne ruuant titubantes, ac collabantes. non poſſum ſatis eorum inſignẽ, aut impudentiam, aut dementiam, uel potius utrunque ſimul (de improbis tantum loquor, et turbulentis, quib' turbas cõmorunt) nam ut ſæpiſſime ꝑfatus ſui, Papiæ multi uiri graues, & ꝓbi inueniuntur, qui iſta non ꝓbant. Audet aliquis dicere Papienſes ſeiugatos eſſe, atq; diſtractos à Mediolani ditione, & à communitate ſociarum ciuitatum totius ꝓuinciæ? & id patres uobis audientib'? cum aduerſus eos res ipſa loquatur, cum quotidie contrarium ipſimet experiantur. poterunt ne iſti negare ſe cum reliquis ſociorum ciuitatib' huius ditionis, atque impij cenſos eſſe? euoluatur publicum totius ꝓuinciæ tabularium, afferantur publicæ recenſionis tabulæ, appellentur, interrogenturq; publici q̃ſtores huius impij, q̃rendumq; ab illis, referantnè in tabulas ſecretas, atq; ſeiunctas pecuniam, quam à Vectigalium Papienſium redẽptorib' annuã exigunt, an in cões totius ꝓuinciæ tabulas. ꝑcontandi etiam ipſi Papienſes ꝓfiteantur ne ꝓprijs, & priuatis tabulis, an potius cõibus cum alijs ciuitatib' ꝑ quarum-

que

que censu, & fortunis, ut cuiq; onera exæquentur, sed q̃ſo quis hæc melius testificari possit, q̃ uosmetipsi iudices, ad quos, cum à municipalib' ꝑtoribus, ac iudicib' ꝓuocatur, deferuntur omnes grauiores causæ, q̃ in ꝓuincia agitantur, in capitalib' uero, qs nisi ueſtrum collegium reos, aut absoluit, aut condẽnat? Quæ igitur Papienses est ista uestra secretio? aut distractio? docete qua in re uobis suffragetur, ne mihi sit necesse refellere aliam eiusdem generis rõnem, sacerdotum principem ueſtræ ciuitatis esse penitus seiunctum, ac secretum à re Pontificia Mediolanensi, neq; Papiam agnoscere antistitem eum, qui in tam regia ciuitate sacris ꝑsidet, quemue tota ꝓuincia suspicit, ac ueneratur. obsecro uos Papienses, sani ne estis, q ista tam temere effunditis? q̃ uos agunt intempiæ? satius erat uos nihil dicere q̃ ieiunum istud nescio quid, & contemnendum effutire. Istuc quidem falsum esse dico, et à uobis impudentissime confictum. sed esto, ut libet. ista ratio est ea, q̃ uos nihil prorsum leuat. est .n. omnino eadem, q̃ ꝓxima, & tantidem, uel multo etiam minoris facienda, cum idem qlibet pontifex in sua ciuitate ob leuissimam quanq; causam à Pontifice Romano quotidie impetrare possit. Si me audietis, post hac libenter manebitis in cõmunione, nec tantope connitemini seiungere uos, aut à communib' ꝓuinciæ legib' desciscere, qbus ꝑclara ciui-

tas Placentia nuper Cæsaris Impio adiecta subijci maximopere postulat. secumq; cõmunicari rogat ꝓuinciæ ius. moresq;, & instituta, ut eiusdem cum reliquis sociorum ciuitatib' sit iuris, & condõnis, ut Straq; ista diplomata inania iampridem exoleta, et plane mortua aut detractis aureis bullis, & sigillis ꝓijcietis, aut antiquata nullo in numero habebitis: itidem Cremonenses faciunt, quorum diplomata in quib' plurimi Romanorum Impatores exquisitis uerborum ornamentis laudant eorum fidem, ac ꝑclarã uirtutem scrinia uestra non caperent. ualuerunt illa olim, & uobis utilitatem attulerunt. nihil nunc ad rem spectant. mutata est ratio temporum. alia tpa alios, ut ait ille, mores postulant. longe diuersus est status, & noster, & uester, atq; olim fuit, diuersaq; conditio. Nonne explodendi essent, aut sane derisui habendi Brixiani, uel Bergomates. hoĩes acutissimi olim socij nostri, nunc tantum uicini, et amici, si à Venetis, quib' hoc tpe parent, postularent sibi eas immunitates munerumq; uacatione ꝑstari, quas à Mediolanensiũ regulis, quib' olim subijciebantur, consecuti essent, sed non existimo adeo obtusos populos illos. aut parum intelligentes, cum sint etiam eorum plurimi doctrina ꝑclare exculti, ut ad has ineptias unquam descenderent. nolo hoc loco multus uideri. tota res est nugatoria, uideoq; uos iudices pene omnes in risum effusos doleo hic aduersariorũ

uicem

uicem ꝓ ueteri utriusq; ciuitatis amicitia. si mentis essent suæ nunquam puto ad has nugas deuentum esset in re præsertim tam facili, atq; illustri. Quod etiam spectat ad ea ipsa eorum diplomata, addunt unum plane ꝑridiculum, mihi etiã miserabile, cui amicorum inscitia semꝑ misericordiam potius, quam risum mouere solet. Papiam insuꝑ inquam aiunt Cremonæ ꝑferendam, quod (expecto hic exquisitam rationem) Papiæ tanquam ꝓpria sede non alibi semꝑ cõmorari conuenit nauarchum, ad quem omnes ĩ ꝓuincia nauium ꝑfecti, respiciant, quiq; oĩbus nauiculatorib' impet. ò ꝑclaram rationem iudices, ò exquisita argumenta Papiensium, qui quotidie cum literatis hominib' in academia uersantur? q̃ nam fanatica anus istæc deliramenta loqueretur, uidetis q̃ tenuiter omnia ramenta, omnes quisquilias ratiuncularum colligant. quos mihi nauarchos, quos mihi nauiculatores narratis? quasi uero non in omnibus alijs locis, q̃ habent cõmoditates fluminum, aut maris opportunitatem, non ꝑficiantur ubiq; nauarchi, qui in cæteros nauicularios ius habeant. Esto autẽ, omnes alios nauium ꝑfectos, ubicunq; sint gentium, sit necesse parere nauarcho illi, quem opus est Papiæ habere domicilium, ibiq; continenter habitare, cui per me uel ipse Neptunus seruiat, cum Nereo, Glaucoq;, uel Inoo Melicerta, quis.n.non rideat? ea tamen re Papiam anteponendam Cremonæ pu-

gnabitis, cum id sit potius pp metropolis uicinitatẽ, ut ille cum omnib' nauib' p̃sto esse possit Mediolanensium ducib' quoties aliquo iter habent flumine. Nihil hercle tam p̃postere, tam incondite, tam monstruose cogitari põt. Restant adhuc Papiensib' Iudices duo p̃sidia, quib' se tueri posse falsa persuasione inducti arbitrantur quicquid illis reliquum est spei, in his duobus firmamentis iaciunt. in ijs sita est oĩs eorum salus. ea nisi illis adiumento fuerint, nihil p̃terea habent q̃ ꝓ se nobis opponant. Porro alterũ quale sit, q̃ debile, atq; infirmum, iam saxo ut intelligatis. Aiunt se nobis anteferendos (quam tantam ob dignitatem q̃so? quod apud se p̃ cæteris ꝓuinciæ ciuitatib', uigeat florentissima academia, gymnasiumq; literarum celeberrimum, quo ex omnib' ꝓuincijs confluunt adolescentes ad studium tum legum, & iuris ciuilis, tum Philosophiæ, cæterarumq; optimarum artium, Nisi hodie fecero planum iudices id plus incommodi, q̃ adiumenti afferre eorum causæ, nihil ultra repugno. Non possum equidem dissimulare id aliquid esse. magnamq; utilitatem, ac nõ tantum multas commoditates aduersariorum municipio afferre fateor, uerum ẽt eis maximo ornamento esse potuisse, si occasione tam opportuna uti uellent, aut uti scirent. ꝓposui.n.mihi in hac causa tam clara, tamq; expedita nihil oĩno calũniari, sed oĩa, q̃ uera sunt, aut esse possunt, ingenue confiteri. nego

tamen,

tamen, immo etiam pnego hinc Papienses ullam di gnitatem, prerogatiuamue, aut præstantiam sibi arrogare iure posse, cum istud gymnasium, qđ ipsi etiam non audebunt negare, non industria sua, non sua pecunia, aut impensa instituerint, sed quicquid est inde commoditatis, & ornamenti, id omne acceptum referre debent regulis Mediolanensib', quorum beneficio, ac liberalitate institutum fuit. Poterant illi sane æque utiliter hac commoditate afficere quamlibet aliam suæ ditionis ciuitatē, Alexandriam, Nouariam, Laudem, Nouum comum, Derthonā, Parmam, Placentiam, Cremonam, & q̄cunq; aliæ ciuitates eis tunc parebant, quarum nulla est q̄ nobilitate, ciuium splendore, copiaq; & omnib' opportunitatib' Papiæ cedat. sed pleræq; ēt omnib' uirtutis, & fortunæ p̄sidijs anteeunt. una supbia, qua sola à Papiensib' istis antecelluntur omnes, excepta. Quæ uero causæ impulerint sapientissimos uiros heroas illos, ut potius Papiæ, q̄ alibi istum literarum ludum uoluerint apiri, licet uobis iudices exploratum esse arbitrer, dicam tamen pp exteros, quos hic adeße plurimos, & attente audire uideo. Duo potissimum in causa fuisse repio. primum quidem, quod semper fulcienda debiliora, sustentandique sunt qui ruunt. Qui primus hanc studiorum, literarumue exercitationem in puinciam importauit, animaduertit proculdubio municipium Papiense pp uicinitatem ual-
 de

de opportunum fore Mediolano, q̃ ciuitas est eius ditionis & imperij caput, si quo modo paulo amplius, locupletius, lautiusúe effici posset, est.n. Papiensis ager, ut docui, & ipsi confitentur, plerunq; miser, atq; ieiunus, solumq́; exile, ac macrum, opes ciuium tenues, atq; exiguæ, ne mihi repetenda sint, q̃ superiori actione memoraui de infrequentia, & solitudine eius municipij, quo docui nihil desertius, nihil contemptius esse posse, ne toties ante oculos uestros oratione repræsentem iudices Papiensium sociorũ nostrorum ignobilitatem, & deformitatem, populumq; infrequentem semp̃ nescio quid egestatis p̃ seferentem. Huic solitudini, & infrequentiæ, inopiæq́;, ac squalori ut sapientissimi uiri illi optima ratione occurrerent, Academiam apud uos Papienses potissimum esse uoluerunt eo consilio, ut nobiliũ adolescentium ad uos studiorum gratia confluentiũ hospitijs continuis uestra ciuitas leuaretur. simulq́; locupletior, ac frequentior redderetur, essetq́; receptaculum multorum hospitum. Ea re illi imitati uidentur experientem, atq; industrium patremfamilias aratorem optimum, qui eam partem fundi, quã magis aridam, & ieiunam contemplatus, aut etiam arando exp̃tus sit, sæpius stercorando adiuuat. si quomodo ad fructuum ubertatem q̃at elicere, fertilemq́;, & opimam facere, ut multo plus reddat, q̃ accepit, q̃ causa nisi eos mouisset, quanto cõmodius,

meliusq́;

meliusq; Mediolani (in qua ciuitate Dij immortales?) quicquid idest gymnasij, & academiæ insti tuere poterant? ubi non modo gymnasium Papiense, sed totius orbis terrarum digne, ac pcōmode esse poterat, ubi inquam omnia insignia reipu. Romanæ recognoscere possis cum magnificis ædificijs, operibusq;, tum ubertate agrorum, atq; abundantia rerum omniū. ubi summa omnia, ubi cuncta splendescunt uictu regio, atq; cultu. Quod unum hactenus defuit eximiæ ciuitati, id tu Ferdinande supplere ingressus es, ea animi magnitudine, qua cuncta ardua, ac difficilia aggredi soles, atq; expugnare. Equidem dicere audeo, nihil intra uniuersi cœli ambitum præclarius Mediolano contineri, si tam ampla, & spatiosa ciuitas, ea murorum corona septa fuerit, quam nup admirando ope cœptam surgere conspexi. Mirum sane Papienses quod non ēt hac eadem rōne municipium uestrum huic urbi amplissimæ audeatis anteferre, quod apud uos sit literarum gymnasium, & exercitatio, qua cōmoditate, atq; ornamento urbs Mediolanum omnino careat. uidebimus postea qd uobis istud gymnasium conferat, qđ tantopere præ uobis iactare soletis, ac si esset Atheniensis illa Academia, q̄ è cœlo Philosophiam deuocasse dicitur. Altera causa fuit (præposui.n, duas maxime ob res Duces Mediolanēsium adductos fuisse, ut Papiæ Academiam, potiusq̄ alibi instituerent) quod

quod idē illi sapientissimi uiri animaduerterunt Papienses homines plerunq; (non.n.loquor de omnib') natura quidem rudes, ac duros, ut semibarbaros, & à literis plane alienos (date mihi ueniam, refero q̄ audiui sæpius à prudentissimis uiris, q̄ue etiā ipse recomprobaui) q̄d eorum Patres, ac maiores nimiam opam dedissent barbaris, q̄ Papiæ aliquot annos regiam suam habuere, literarum atq; optimarum artium, omnisq; humanitatis hostes p̄petui. neq; istæ cōmemoro iudices causa uitupandi aduersarios meos. acuti ne, an hebetes simus, non est in nobis, sed ipsius naturæ culpa. Vt igitur hac saltem rōne heroes illi nostri id genus hominum aliquando extunderent, mollirentq;, et aliqua doctrina expolirent. istā Academiam apud istos instituere neq;.n.fieri posse arbitrabantur, ut q̄ cum literatis hominib', bonarum q; artium studiosis die noctuq; uersarentur, omnino literarum, omnisq; humanitatis expres essent, utq; doctrina prorsus nulla, eis consuetudine saltem ipsa, & (ut ita dicam) contagione adhæresceret. Quis nescit eos homines, qui assidui sunt cum fabris, facile fabros euadere? An uero illis sapientissimis uiris ex sententia p̄cesserit, aut potius oleum, & operam, ut dicitur, luserint, non dicā nisi coactus. Quid uos tanq̄ uestrum memoratis, quod uos non fecistis, non instituistis, non excogitastis? cuius ne mentionem quidem facere potestis nisi etiam una infirmitatem,

tem, & imbecillitatem uestram cõmemoretis, cuius rei gratia gymnasium habetis? Quid si ego nunc uos interpellem, & à uobis exigam rõnem tantæ cõmoditatis à ducib' Mediolanensium uobis comparatæ impensa cõi totius ꝓuinciæ? quos fructus huius culturæ ꝓferetis? Quid uobis inq̃ ꝓfuit ista uestra Academia? quos mihi excellentis uiros ex uestratibus in literis emersisse cõmemorare potestis? Bononia ciuitas Italiæ præclarissima, in qua uiget illud antiquissimum gymnasium, quo totius Europæ frequentissimi adolescentes confluunt, ueluti ad literarium celeberrimum orbis terrarum emporium, semꝑ ostẽdit quantum ꝓfecerit ex illa nobili literarum officina, domesticaq; academia. Nanque in omni ætate semꝑ habuit, quos ipsa tulit, uiros in omni genere literarum præclaros, nec ei quemadmodum Papiæ, semꝑ opus fuit exteros, aduentitiosq; magistros, qui publice optimas artis, ac scientias docerent, magna mercede foris conducere, cum ferè semꝑ domesticos habuerit, ꝑ quos ꝓficeret, quod ẽt de Patauina, Perusina, Pisanaq;, & de omnib' Italiæ academijs, præterquam de uestra affirmare possum. sed quid ego ciuitates, q̃ academijs sunt celebres, atq; illustres, cum uestra confero? cum uel Cremona ipsa, q̃ nunc caret hac publica commoditate, longe plures q̃ Papia uiros in omni doctrinæ genere præstantes semꝑ habuerit, ut abunde supra demonstrauimus. si

in

in mentem uenisset regulis Mediolanensib' nos potius, q̃ nos hac commoditate afficere, quam nunc urbem Cremonam (Dij immortales) Carolus V. Imperator haberet? q̃ celebrem? q̃ ingenijs florentem? Multo libentius ad nos adolescentes ex tota Italia, ex omnib' terrarum orbis partib' confluerent, ut omittam pp maiorem copiam rerum, q̃ ad uictum ptinent, multasq; alias ob cõmoditates, de quib' reb' in utriusq; urbis collatione nudiustertius fusius disputauimus. conferendam ne censetis iudices cum istis nostrorum hominum liberalitatem, humanitatem, affabilitatem, quib' innata quadam uirtute, animiq; magnitudine hospites psequi solent? Quos rogo nostri Cremonam diuertentes non aliciunt in amicitiam? ciues nostri, sicuti belli tpe armis, ac militiæ deditti nemini uirtute atq; animi robore, cedunt. ita in pace natura, et consuetudine, disciplinaq; lenissimi, atq; humanissimi sunt sensus, præsertim erga pacatos. Adeunt interdum studio quodam innato, ac pene naturali, animi causa meritoria diuersoria, ut est nostra ciuitas semp multorum hospitum, non tantum sibi notos, et aliqua consuetudine coniunctos ibi repertos, quorum gratia eo concesserant à communi hospitio liberaliter abducunt, sed etiam, si quos ibi aduenas conspexerint uirtutem aliquam pclaram, generisue nobilitatem, ingenuitatẽue sermone, aut ipsa oris indole pseferentes, eos humane appellant,

&

& liberaliter domum quisq; suam inuitant, atq; allectant, coguntq; ui quadam liberali ad se diuerti, illisq; omnia hospitalitatis officia exhibent, atq; impendunt, neq; id sæpenumero facientes boni adolescentes offendunt seniores suos patres familias, quod ætas ea solet esse minus splendida, & liberalis, sed illi in hac causa præstant se filijs faciles, largiusque impendunt pp uetustissimam urbis consuetudinem, ut in susceptos hospites æquales suos sumptum facere possint. Experti sunt nostra memoria Patauini exules, omnis inq̃ illius p̃clare ciuitatis nobilitas, q cum grauissimum bellum arderet contra Venetos, quib' illi subiecti parebant, ꝓditionis insimulati fuerant, quod nimium studuissent Maximiliano Romanorum Imperatori, cæterisq; hostib' fœderatis, ideoq;, exilio mulctati fuerant, cumq; eos ad urbem nõstram fortuna appulisset, cõi ciuitatis sumptu primũ omnib' domus conducta est in celebri urbis parte capax admodum, atq; ꝓ hominum numero satis bene ampla. comportata deinde non tantum necessaria, uerum etiam magnifica, & ꝓpe ad delicias suppellectile, omnib' copijs, quas uita postulat, miserati eorum egestatem, et inopiã, referserunt, ꝓcurarũtq;, ne quicq̃ deesset illarum rerum, q̃ ad uictum, uestitumq; ꝑtinent, donec exacto bello ab exilio reuocati fuerunt. expti sunt item eandem ciuium nostrorũ liberalitatem suis temporib' Brixiani, Veronenses,

Placentini, Parmenses, totaq; uicinitas illius oræ, quib' à nostris sæpius omne liberalitatis genus impensum fuit, ac psolutum. de uobis Mediolanenses nihil dico, quoniam adestis frequentissimi, & hæc uos non latent. Hinc factum est, ut pleræq; ciuitates illarum quas nominaui, ut se gratas, ac beneficij memores comprobarent, tam illi qui hospitio recepti fuissent, q̃ alij qui domi remanserant, oẽs ciues nostros ppetuo decreto in ciuitatem suam ascriberent, eandemq; immunitatem, quam ipsi haberẽt, nostris apud se negotiantib', aut quoquo modo eò diuertentib' elargirentur. nollem esse multus, non possum tamen tacere de nostræ iuuentutis studijs, atq; humanissimo animorum sensu, erga hospites pſertim æquales suos, atq; coæuos. dabo opam ne nimis aberret oratio, diffluatue, atq; redundet. q̃dam omnino mihi necessario sunt dicenda, ut noscatis in collatione non modo quam liberales se se gerant Papienses erga nobilissimos adolescentes apud illos studiorũ gratia agentes, uerum etiam q̃ dignos se esse cõprobent illa Academia totius ,puinciæ sumptu instituta. Qui semel ad nos casu aliquo, atq; fortuna appulsi diuerterunt, admirati humanitatem, studiaq;, & mores suauissimos nostræ iuuentutis non possunt se continere, quin postea ciuitatem nostram consilio, uolentibusq; animis sæpius accedant. nihil illi antiquius habent, q̃ cum nostris ciuib' suis æqualib' amicitias iungere

gere, ſtudiorum ſocietatem coire, in eorum ſoliditatem recipi, cum eis opam literis nauare, optimas artes pdiſcere, diſputare, colloqui, ſimul ambulare, conquieſcere, ſæpius cœnare, aliquando pnoctare, iucundiſſimis & (ut ita dicam) diſertiſſimis puigilationibus, id eſt ſuauiſſima conſuetudine ſimul uiuere. noſtra.n.ciuitas tota fermè eſt in ijs ſodalitatib', liberalibusq́;, & ingenuis conuentib', ut pleriq; ueſtrum, qui Cremonæ fuiſtis, uidiſſe potuiſtis. in omni ætate, in omni gradu, æquales cum æqualib', certa diei bora conueniunt, iucundum eſt uidere plurimos quotidie adoleſcentes, florem nobilitatis, & uirtutis in ciuitate laudib' florentiſſimos, binos, alios poſt alios pacatiſſimos ſimul p totam urbem inambulare, nulli nocere, pdeſſe quib' poſſunt. ſi quando accidit ſodalitatem ſodalitati obuiam fieri, uideas ſumma humanitate alteram alteri libenter uiam dare, diuq́; utranq; certare, ne ab altera humanitate uincatur. ſi quis inter alios in conuentu moroſior inſolentiorq́; uiſus fuerit, eum ſtatim defugiunt, ac uitant cæteri oẽs, atq; ob difficiles, & feros mores aſperamq́; naturam, eo cõmercio ut intractabilis priuatur, è cœtuq́;, & ſodalitate eijcitur. Adeunt interdum congregati modo hæc, modo illa ſodalitas pſtantiſſimos uiros ciuitatis ſeniores quẽcunq; pleniore ore laudandum iudicarint, qui ſit in ocio cum dignitate multis atq; optimis artib' pditus, cuius con-

ſuetudine adipiſci poſſint amplißimam bene uiuendi tam eius uita, ꝗ̃ literis diſciplinam. neq; uero deſunt nobis unꝗ̃ optimi uiri nati ad laudem, summa prudentia, multa etiam doctrina exculti, in omni munere uitæ plurimarum rerum uſu ꝑclari, nec minus optimarum diſciplinarum ꝑſtantia excellẽtes, ꝗ̃ tẽperatis morib' inſignes, à quibus iuuari poſſis, in ijs quoq; ſtudijs, atq; artib', ꝗ̃ reconditis, atq; abditis fontib' exhauriuntur, ꝗ̃ue non ſine ſummo ocio facile diſcuntur. talem uirum nacti adoleſcentes, uiriq; optimi, ad eum non modo ꝑꝑ hominis uirtutem, ingeniumq;, & doctrinam, ſed ẽt ꝑꝑ humanitatem, miramq; tam morum ꝗ̃ ſermonis ſuauitatem confluant, tanꝗ̃ ad oraculum. eo audiente, tanquam arbitro, & diſceptatore de multis ꝗ̃ſtionib' difficillimis diſquirunt inter ſe, de literis incredibili humanitate diſſerunt, de uirtute ferè ſemper, ſæpe de officio, de utili, atq; honeſto, deq; amplißima bene uiuendi diſciplina, interdũ de arte militari, de agriculturæ ſuauitate, de architectura, de muſicis, de pictorib', de ſtatuarijs, deq; artificib' ẽt inferioris ordinis, quorum tamen artes non tantũ opæ emuntur. multa uirum doctißimum interrogant, plura audiũt, pendentq; ad eius reſponſa. Semper inde diſcedunt non tantum doctrina, ac ſcientia meliores, ſed etiã uita, ac moribus magis exculti, & perpoliti. Et ſi quando, ut in ſermone fieri ſolet, natura ſuadente,

ad mansuetiores Musas, id est ad familiaria colloqa descenditur, ne optimus uir adolescentib' difficilem, ac morosum se pbeat, aliqua per iocum ultro citroq; iactari æquissimo animo patitur. nihil tamen inde audiri contingit nisi pudicum, nisi ex optimo more, ac sanctissima disciplina. hic sæpe colloquij suauitate illecti bonam diei partem periucunde absumunt. aduentãte nocte discedunt inuiti, quam primum redeundi cupidissimi. grauissimæ lites, ac ciuium controuersiæ, q̃ in foro diu agitatæ, nullum neq; modum, neq; finem reperire poterant, huc sæpe deuoluuntur, nullaq; impensa ex bono, & æquo, ut inter bonos agitur, terminantur, & quod tot iudicum prudentia, patronorumq; solertia multorum annorum labore in foro consequi non potuit, hic optimorum hominum æquitas paucissimis horis conficit, ideoq; apud nos iam in puerbij consuetudinem uenit. cum in foro aliqua lis grauissima diu uersata fuit, neque unq̃ dijudicata, transmittendam esse aiunt ad Thermas, innuentes ad optimorum uirorum hunc conuẽtum, similitudine à medicis translata, q cũ in alicuius difficilis, diuturniq; morbi curatione admotis frustra omnib' remedijs nihil, aut parum se pfecisse uident, nihil ultra quid faciant habentes, laborantẽ, affectumq; desperata eius salute ad balneas calidarum aquarum reijciunt. idem fit de perniciosis tam ciuium, q̃ exterorum simultatib', atq; inimicitijs, q̃

hic

hic quotidie adinuentis, ppositisq; æqssimis conditionib' finem capiunt. neq; ulla ferè dies pterit sine aliqua pacificatione, & ubi discordijs modum diffici le est reperire, hi boni animorum conciliatores, tanquam belli, ac pacis interpretes summa dignitate, atq; auctoritate suadent, coguntq; exquisitis rationibus ultro citroq; interpositis inducijs ab armis discedere, extorquentq; de manib' iratorum adolescentium sicas, & gladios, dum irritati, exacerbatiq; animi utrinq; deferbuerint. hinc à ciuibus nostris, ut in plerisq; ciuitatib', raro graues inimicitiæ suscipiuntur. rarissime ciuis ciuem ob acceptam iniuriã in periculum capitis accersit. accusatores, delatoresue ab omnib', ut pestilentes, uitantur, defugiunturq;. Si forte etiam controuersia coorta fuerit inter ciuem, & peregrinum, omnes se nostri ciues pacificatores interponunt, hospitemq; ab omni iniuria tectũ reddunt, ciuem grauiter uerbis castigant, soliciti ne ius hospitij apud nos sactissimum uioletur. q res fuit semp apud nos capitalis, & quasi maiestatis. cogunt in primis amici ciuem, uelit, nolit, pegrino reconciliari, atq; oẽm iniuriã, siqua affectus fuit, cum eam facile uindicare posset, patriæ condonare. ideo nostra ciuitas semper floruit, floretq; et hodie hospitijs hominũ nobilissimorum, maxime adolescentium, qui permoti fama nostrarum academiarum, conuentumue ad nos se frequentissimi conferunt, speciemq;

ciemq;, & numerum quasi publici gymnasij ꝑbent. Nondum de pueris locutus sum, qui ad nostræ ciuitatis rhetoras, grãmaticosq; instituendi à parentib' Cremonam ex omni uicinitate transmittuntur. de quo nihil mihi est necesse dicere, cum res ipsa loquatur. Nemo uestrum est iudices, qui non audierit, uiderit etiam fortasse, ac re ipsa in liberis suis expertus fuerit, q̃ diligenter, q̃ fideliter, & sancte in nostra ciuitate pueri, atq; adolescentuli primis illis artib' erudiantur, q̃ ad alias artis, summasq; uirtutes aditum ꝑbent, tanquam ianua, & fundamentũ omnium disciplinarum, usq; adeo ut Musarum, idest literarum & bonarum artium domicilium, ac sedes habita semper fuerit Cremona, quod negari non potest. nisi detestabili scelere. habuit. n. omni ætate, habetq; etiam hodie bono quodam fato, aut cœli beneficio homines eruditissimos semper duos, aut tris pudore, ac temperantia cum primis insignes, q ꝓceptis, & literis adolescentulos, cum primum sapere cœperint, instruant, cauentes in primis ne illi in illo ætatis flexu totos se uoluptatib' dedant, & ab illis uitijs, quib' ea ætas implicari solet, abducunt, sed ut mos, uirtusq; maiorum nostrorum, prius eis ingerunt, q̃ ad religionẽ, Deiq; optimi maximi cultum spectant: deinde Latine eos loqui docent, nõnullam nihilo minus interea literarum Græcarum notitiam instillant. ita eos tum literis, tum morib' assuefaciũt,

hic quotidie adinuentis, ppositisq; æqssimis conditionib' finem capiunt. neq; ulla ferè dies ꝑterit sine aliqua pacificatione, & ubi discordijs modum difficile est reperire, hi boni animorum conciliatores, tanquam belli, ac pacis interpretes summa dignitate, atq; auctoritate suadent, coguntq; exquisitis rationibus ultro citroq; interpositis inducijs ab armis discedere, extorquentq; de manib' iratorum adolescentium sicas, & gladios, dum irritati, exacerbatiq; animi utrinq; deferbuerint. hinc à ciuibus nostris, ut in plerisq; ciuitatib', raro graues inimicitiæ suscipiuntur. rarissime ciuis ciuem ob acceptam iniuriā in periculum capitis accersit. accusatores, delatoresue ab omnib', ut pestilentes, uitantur, defugiunturq;. Si forte etiam controuersia coorta fuerit inter ciuem, & peregrinum, omnes se nostri ciues pacificatores interponunt, hospitemq; ab omni iniuria tectū reddunt, ciuem grauiter uerbis castigant, soliciti ne ius hospitij apud nos sactissimum uioletur. q̄ res fuit semp apud nos capitalis, & quasi maiestatis. cogunt in primis amici ciuem, uelit, nolit, pegrino reconciliari, atq; oēm iniuriā, siqua affectus fuit, cum eam facile uindicare posset, patriæ condonare. ideo nostra ciuitas semper floruit, floretq; et hodie hospitijs hominū nobilissimorum, maxime adolescentium, qui permoti fama nostrarum academiarum, conuentumue ad nos se frequentissimi conferunt, speciemq;,

ciemq;, & numerum quasi publici gymnasij pbent. Nondum de pueris locutus sum, qui ad nostræ ciuitatis rhetoras, grãmaticosq; instituendi à parentib' Cremonam ex omni uicinitate transmittuntur. de quo nihil mihi est necesse dicere, cum res ipsa loquatur. Nemo uestrum est iudices, qui non audierit, uiderit etiam fortasse, ac re ipsa in liberis suis expertus fuerit, q̃ diligenter, q̃ fideliter, & sancte in nostra ciuitate pueri, atq; adolescentuli primis illis artib' erudiantur, q̃ ad alias artis, summasq; uirtutes aditum pbent, tanquam ianua, & fundamentũ omnium disciplinarum, usq; adeo ut Musarum, idest literarum & bonarum artium domicilium, ac sedes habita semper fuerit Cremona, quod negari non potest. nisi detestabili scelere. habuit. n. omni ætate, habetq; etiam hodie bono quodam fato, aut cœli beneficio homines eruditissimos semper duos, aut tris pudore, ac temperantia cum primis insignes, q pceptis, & literis adolescentulos, cum primum sapere cœperint, instruant, cauentes in primis ne illi in illo ætatis flexu totos se uoluptatib' dedant, & ab illis uitijs, quib' ea ætas implicari solet, abducunt, sed ut mos, uirtusq; maiorum nostrorum, prius eis ingerunt, q̃ ad religionẽ, Deiq; optimi maximi cultum spectant. deinde Latine eos loqui docent, nõnullam nihilo minus interea literarum Græcarum notitiam instillant. ita eos tum literis, tum morib' assuefaciũt,

ut

ut deinde constanti ætate eorum sit omnis impetus ad laudem, nec patiuntur eos ab se longius aberrare, neq; p urbem discurrere. ferijs quoq; eos secum esse uolunt bonam diei partē, cum quiescere ab ope iubet religio: ijs dieb' exercent eos in sacris literis, ut primis saltem labijs pietatē, sanctitatemq; religionum degustent. sacros ēt poetas tunc eis interp̄tantur. siquis inter bonos de Christi pietate, quem nos sequimur, colimusq; elegantius scripserit, propiusq; ad antiquorum poetarum excellentiā accesserit, ut una eadēq; opera, & religionum, & linguæ latinæ elegantiam, ac pprietatem arripiant, & assuescant de diuis recta numeris loqui, & scribere, relictis antiquorum sup̄stitionib', ne molles adolescētulorum animi pniciosis, portentosisq; religionib' imbuantur. donec paulum ætate pgressi commentitia possent disiungere a fabula. adeunt deinde ædem sacram hora, qua sacerdotes rem diuinam faciunt, ut sacris intersint, & cum sacerdotib' deum p̄canib' eadem secum taciti p̄centur. uideas p̄ceptores p̄cedere non tumidos, non inflatos, neq; hinc sibi in adolescentulos regnum arrogantes, sed potius, ut bonos hoīes decet, modestia quadam tempatissimos. sequitur gregatim tot nobilissimorum Epheborum cœtus, ut sit omnib' ciuib' qdem p̄iucundum, exteris uero, atq; aduenis etiā uisu speciosum. ubi uero ætati paulum roboris accessit, transuolant aut ad iurisperito-

rum scientiam, aut ad philosophiam, ad easq; artes, q̃ nobis traditæ sunt disciplinis, ac monimentis. & in quacunq; se exercuerint, euadunt pleriq; summi, quod in grãmaticis, et in poetarum cognitione fuerint prius apud nos optime instructi. remanent complures in patria eloquẽtiæ dediti rhetorum ꝓceptis etiam in firma ætate delectati, quod q̃dem apud nos semper abundauit. fuitq; ciuitati nostræ ꝓprium, ac peculiare. hinc omnib' ætatib' plurimi in literis excellentes ꝓdiere, qui mos, uirtusq; maiorum adhuc durat ꝑꝑ magistrorum excellentiam. id uere est iudices habere in ciuitate gymnasium, academiamq; literarum, et bonarum artium exercitationẽ. sicui ciuitati hanc ob rem gloriari liceret, nostra hercle ciuitas id iure facere posset. iactant ꝑ se Papienses, nobisq; obijciunt literarum gymnasium, quod regulorũ nostrorum institutioni, liberalitati, atq; impensæ, uelint, nolint, acceptum referre debent. Habemus nos in ciuitate nostra, si ad omnia respiciatis Iudices, nõ impar, non inferius gymnasiũ, nostra cura, nostrapte industria, atq; impensa, nostroq; (ut ita dicam) Marte institutum, ne potius natura contendam. in quo etiam heroicis tꝑibus monimentis grauissimorũ scriptorum ꝓditum est maximos uiros in re literaria summos euasisse, quib' si credendum est, gloriari possumus in academia Cremonensi P. Virgiliũ Maronem, illud poetarum omnium ætatum omnis me-

moriæ clarissimum lumen ꝓfecisse. cuius rei memor ille, ut aliquam gratiam referret, nomen ciuitatis nostræ suis carminib' honoris causa inseruit. In gymnasio Papiensi iuuentutem docent magistri aliunde publico ꝓuinciæ, sumptu conducti, exteri quidẽ, & aduentitij homines, inter quos aliquando nostri etiã ciues tam in philosophia, q̃ in legum, ac iuris sciẽtia excellentes magna mercede cõducti ab illis fuerũt. nostrates nos habemus semp̱, per quos ꝓficiamus domi, in illis etiam studijs, atq; artib', q̃ non addiscuntur nisi quadã exquisitã ratione, atq; doctrina. Nos, ut iam ostendimus, habuimus semp̱ in omni studiorum genere plures, ac p̃stantiores uiros in philosophia, in legum facultate, in medicina, in omnib' mathematicis, in arte oratoria, ut poetas omittam, cæterosq; scriptores, qui impleruut orbem terrarum nominis sui gloria. Hoc inq̃ est iudices habere gymnasium. quo tamen ciuitas nostra non tantope gloriatur. quod si faceret, ut isti sæpissime identidem usque ad nauseam solent. sua quidem iactaret, non aliena, sua opa, sua industria, sua pecunia, atq; impensa, nõ regulorum liberalitate sibi collata p̃dicaret. Amplius dicam iudices. odiosum sanè esset p̱ se solũ, plenumq; fastidij, & nauseæ, si tantum cõmendationẽ Papienses aucupari uellent ab huiuscemodi gymnasio, quod alieno beneficio habent. quanto uero intolerabili' uideri debet, quod oĩa faciunt, ut eo careãt?

Quippe

Quippe, quo impensius, studiosiusq; Cæsar ac Cæsaris iussu ordo uester nititur, ac laborat nunq̃ sũptui parcens, ut pcelebre sit, ac pfrequens, eo isti semp magis pugnant feris, ac barbaris morib'.i. inhospitalitate (de improbis tantum loquor, ut soleo, & ut millies in tota oratione pfatus sum) ut nobiles adolescentes, qui è diuersis orbis partib' eo confluunt, à suæ urbis accessu deterreantur, cum illisq; habent ppetuum bellum. et nisi uestra edicta, formidolosaq; senatus consulta obstent, quib' cauetur, ne quis huius dtionis rei literariæ gratia peregrinetur alibi, q̃ Papiæ, nemo sit in tota puincia, q in solo Papiensi ponat pedem. ad barbaros, potius, efferasq; nationes se conferrent. uobis Papienses in exteros adolescentes hospites uestros est odium insitum, naturale, barbarum, atq; ĩmane. oẽs uos uitant. omnes defugiunt, ac detestantur, cum eis est nulla ciuium uestrorum consuetudo, aut familiaritas. At si quando aliquid rixæ inter ciuem, & hospitem coortum fuerit, omnis ferè iuuentus uestra odio cõi se se erigit. conclamatur, & ad arma simul ruitur. clauduntur tabernæ omnes, dato signo in miserum hospitem fit impetus, & quoscunq; alios adolescentes hospites, aut peregrinos interim obuios habent. licet omni culpa uacent, tantiq; tumultus penitus sint ignari, crudelissime trucidant. O rem tetram miseram, ac detestabilem. non loquor audita uidi, uidi ipse iudices ijs

 oculis,

oculis, atq; olim exptus fui, et bis à periculo uix me exemi. Apud Lestrygonas, apud nõ cyclopas tutius, cõmodiusue peregrinaremur. quot miseros parentes honesto loco natos, quot infelices matres familias nobilissimas in diuersis orbis partib' arbitramini ab istis priuatos liberisq; orbatos fuisse? Expectabant illi quidem fortasse, summisq; uotis cupiebant uidere tandem filios domum redeuntes insignibus, et ornamentis studiorum suorum cohonestatos, condecoratosq; ut tandem tot laborum, sumptuũq; aliquem fructum reportarent: & iam forte illi pro eorum reditu uota Dijs faciebant. ò fallaces parentum spes, ò irrita pientissimarum matrum uota: pro carissimis filijs redeuntib' sæpissime illis uenit tristissimus famulus, aut pædagogus, qui eos ab hospitibus ĩmanissime interceptos nuntiaret. sed quid ego hæc uobis iudices, quib' quotidie est opus Papiam id pp. pacificatorem, aut q̃sitorem mittere. quos ẽt non latet q̃ bene acceptos magistratus optimos uiros à se semp exacto biennio dimittere consuerint? ò pacatissimas, & humanissimas ciuitates Bononiã, Patauium, Ferrariam, Pisas, Senas, Perusiam, Salernum, Taurinorum, Augustam, ne transalpinas appellare mihi sit necesse, apud quas omnes adolescentib' rei literariæ gratia peregrinantib' is ferè est honos, quem paulo ante dicebam in nostra ciuitate à nostris hominib' haberi omnib' hospitib'. Ea pp̃ter

multum mecum mirari soleo, q̃ tanta sit. Cæsaris, ue straq; Patres patientia, quod hanc studiorũ cõmoditatem, quam à se Papienses tantopẽ ꝑijcere, & à se abalienare conantur, nõ hactenus in aliam huius ditionis ciuitatem transtuleritis, ubi agnoscatur, libentiusq; suscipiatur. Iam dudum Papienses totum uestrum ædificium, deiectis, demolitisq; omnib' substructionib' ad duas tantũ colũnas redegeram. nunc etiam, ut uidetis, altera euersa est, atq; subtracta tota machina collabascit ultima tantum relicta columella, qua innititur omniũ uestra arrogantia, atq; sụbia, ea deinde sublata subito in ꝑpetuum casuri estis, quin potius arbitror, iam intelligitis uos concidisse. ita contracta uestra res est & adducta in angustum. neq; mihi ꝑsuaderi põt, ut de regno ijs iudicib' mentionem facere audeatis. cum animaduerto qui fuerint illi uestri Reges, q̃ue iucundam nominis sui memoriam toti Italiæ reliquerint, cumq; attendo qua prudentia sit orator à uobis conductus, non puto eum hoc tanto confessu, hoc amplissimo cõuentu adeo abusurum, & hanc frequentiam ꝑ solitudine usq; eo habiturum, ut non ꝑhorrescat excitare illorum temporum memoriam iam uetustate repressam, ut inq̃ repræsentet uobis iudices illam tempestatem subitam, atq; improuisam formidinem, tenebras Italiæ, ruinam, atq; incendium pulcherrimarum urbium, q̃ plus mali Italiæ intulit, q̃ Annibal

cum

cum omni pœnorum exercitu, ut cõmendationem honoris Papiensib' petendam arbitretur à barbarorum iniuria eius potius prudentiæ erit clientum ꝑcupidorum inscitiæ, & imprudentiæ obuiam ire, & uobis Papienses ꝑsuadere, ut desinatis ea ꝑ uobis iactare, q̃ potius extant monimẽta scelerũ, atq; omnium dedecorum, q̃ ornamentorum, ne eorum tꝑum renouetis memoriam, quib' inusta est uobis labes sempiterna, nisi uobis in aliq̃ suspicionem uelit incidere, se à nostris callide appositum fuisse ꝑuaricatorem, qui nos aduersarios nostros suos clientes ꝓ nobis uitupet, & nobis silentib' causam nostram agat, eaq; dicat aduersus uos, q̃ nos tacuissemus, neq; uos ad illa usq; tꝑa reuocauissemus. Dij faciant ut contra leges Romani imperij in urbe Mediolano de isto regno fœdissimo hiscere audeat. quod quidem iudices eum facturum esse de quodam audiui, cum illi penitus desit causa, aucupeturq; undecunq; argumẽtationes, & omnes ratiunculas colligat, ut aliquid saltem dicat, neu uideatur nullo fructu magna mercede conductus. nam ea solum tabula eis restat à tanto naufragio. ita eos detractis regijs insignib' tractabo, ita uersabo, ita abijciam, ut non modo deiecti à regni possessione, in quam iniuste, et uiolenter inuaserunt, sed etiam omnib' suis ornamentis spoliati, ridiculi, ne dum miserabiles planè reddantur. ꝓdeat sanè, prodeat iste ferreus orator cum illa plũbea,

bea, atq; infabricata oratione.nihil hercle longius mihi, q̃ eum audire. Ita ego regnum illud inauspicato positum, & legib' imꝑatorum nostrorum abrogatum, totamq; regiam ꝓbrorum, ac crudelitatis aulã deturbabo, ita affligam, ita cõminuam, & tanquam in puluerem, aut fumum redigam, ut ꝑter ꝓbra, et scelera, q̃ neq; Oceanus oĩbus undis unquam eluere posset, nullum penitus appareat uestiginm. Satius isti, si me audient. sponte sua regno iniquissimo se ab dicabunt, sceptrumq; illud cruentum, & diadema ultro ꝓijcient, ut altum dormiant, & aliam opam nauabunt, qua se nobiles asserant, ut se nobiscũ non iniuria conferre possint. Aiunt itaq; Papiam uel hoc solo nomine Cremonæ ꝓferendam, qđ aliquot annos Longobardico tp̃e, Italia à ꝓdonib' capta, atq; direpta, ibi sedes regia fuerit, Cũ interim Cremona, q̃ nulla ui, nullis malis cogi potuit, ut à Romano imꝑio desciscerct, à barbaris illis regib' Papiensium direpta, deuastata, peneq; cõplanata uix urbis uestigia retineret. hæc est arx totius istorum cõfidentiæ. hoc unum supest ꝓpugnaculum. Obsoleuit iam dudum ista oratio magis re, quam uerbis confutata. uide quanto fastu istorum despiciamur omnes ista.n. ratione necesse sit, Papiensib' cedant ẽt ipsi Mediolanenses, q se reges habuisse in sua ciuitate rgnantes non contendunt, regiæq; urbi tunc rerum dominæ Mediolanum obtemꝑasse necessario fatendum sit, quorum

quorum primùm si uobis Papienses concessero, fuisse inquam ea tempestate in municipio uestro regum domicilium, ac sedem impatoriam, & ea re uobis primas detulero, uelitis ne rogo hoc nōie antecellere oēs alias ꝓuinciæ ciuitates, quas nulli reges ꝓ domicilio habuerunt? etiam ne obsecro Mediolanum, illam, illam ciuitatē tot, tantisq; ꝑsidijs, et ornamentis redundantem, tam magnis opib', copijsq; fluentem, ut merito non modo urbium huius ditionis sit caput, sed etiam digna sit q̃ ꝑpetuam sedem ac domicilium ꝑbeat uniuersi terrarum orbis impio, ꝓuincijsq; omnib', nationibus, & regnis ꝑscribat, atque imperet? q̃so ne etiam Papienses (nam quo non ꝓgrediatur audacia?) eadem rōne præ uobis despicitis, ac ꝓ nihilo habetis illam Venetorum clarissimam, atq; amplissimam ciuitatem, q̃ nō modo Italiæ, sed etiam totius impij, ac nominis Christiani, semper Arx fuit munitissima, firmissimumq; contra barbaros ꝓpugnaculum? etiam ne inq̃, si Dijs placet, Venetis uultis ꝑferri, quod illi nunquam seruierint regib' barbaris in sua ciuitate dominantibus, q semper, suis institutis, suisq; legib' liberi uixerunt. Quasi uero in hac re nō sit mihi penitus exploratus uester sensus? quasi uestra arrogātia non sit omnibus notissima? ac si non plane constet uos cunctas ciuitates præ uestra animis ꝑmere, atq; despicere, et ꝓ nihilo habere, dignitateq; nulli urbium cedere, una

uix,

uix, ægreq́; excepta Roma, quod etiam uosmetipsi omnibus, quib' contingit ad uos diuerti, testatũ esse uoluistis literis in saxo insculptis, quod in portæ Ticinensis poste positum uisitur. Quidem.n.aliud sibi uult. ROMA SECVNDA VALE MVNDI CAPVT? *furentis hominis, ne dum insani poema. Quid expressius, quid illustrius expectatis? Legunto q̃ sequuntur non minore maiestate, quicunq; illac iter habuerint, et risum si poterunt, teneant non minus pp hominum inauditam arrogantiam, aut potius dementiam, q̃ pp poetæ illius inscitiam, ac stuporẽ. Admoneo uos per amicitiam, uicinitatemq́; obnixe caueatis, ne à populo lapidius obruamini. colligite uos per fortunas uestras, ac tandem resipiscite. mihi uos fideliter admonenti auscultate. cogitate, q sitis, q̃ contempti, quam despecti, q̃ eiecti, q̃ nulli, q̃ saltem indigni, non dico, q uos Mediolano, Venetijs, Neapoli, Florẽtiæ, Genuæ, Bononiæ, cæterisq́; principib' Italiæ ciuitatib' p̃feratis, sed q nobiscum ueniatis in contentionẽ honoris, & amplitudinis. aliud porrò molimini, ut uos quoq; inter mortales aliquid esse uideamini. Saxum illud multis literis illiteratum sine ulla mora demoliendum locate, atq; in Ticinum pijcite. q̃ primum in quam si sapitis summouete, atq; abducite illud ludibrium à p̃tereuntium aspectu, ut desinatis omnib' mortalib' esse fabulæ, ac deridiculo. Scio tamen me acta agere,*

DD &

& hæc frustra uos monere, atq;, ut aiunt, cantilenam surdis canere noui: optime ceruices uestras, sed iam agite, si placet maiestati uestræ Papienses, rē cōminus aggrediamur, ut cogam uos statim cruentissimum sceptrū atq; infame diadema deponere, et uos metipsos ultro regno penitus abdicare nunc penitus in huius causæ arcē inuado. hic capietur. Troia. Atq sanè uereor iudices in hoc ne uobis molestus sim, neùe uestris ingenijs diffidere uidear, si de re tam absurda diutius laborauero, atq; inconsultā rōnem, q̄ prorsum nulla est, plurib' uerbis confutauero, machinasq́;, & tormenta adhibuero, ubi omnia sint peruia. Primum dico nullam ciuitatem dignam esse, q̄ regia appelletur, nisi q̄ tanti honoris nomen sustinere possit. uidimus superiore actione quantis opib', quāta magnificentia p̄dita sit Papia, ne toties uestra patientia patres abutar, animosq́; uestros afficiam, torqueamq́;, & affligam, dum sæpius ante oculos uestros istorum squalorem, atq; egestatem oratione rpræsento, uosq́; ad misericordiam tam sæpe reuoco, cum ego ipse efficere nequeam, quin me quoq; istorum misereat, non tam quod eorum sint opes tenues, fractæ, atq; debilitatæ? q̄ qđ in tam tenui, afflictaq; fortuna se reges appellent, id est quod planè insaniant, nec eis in mentem ueniat se esse sub ditione, sibiq; aliorum impio necessario obtempandum, Papiāq; agnoscere aliam ciuitatem

prin-

principem, dominatricẽq; totius ꝓuinciæ, huiusq́ue impij caput. Esto fuistis reges, nunc exuti diademate, regijsq́; ornamentis alteri ciuitati subiecti paretis, ne dicam seruitis. Fuistis Troes. Quis Oedipodem abdicatum regno, atq; eiectum cultu miserabili contra decus regium ꝓ rege Thebis habuit. spoliati regno reges, deformatiq́; ærũnis nihil aliud regale apud homines retinent, ꝑter inane simulacrũ pristinæ dignitatis, ꝑter inq̃ solam opinionem, recordationemq́; maiestatis, & regiæ fortunæ, q̃ res solum eos in calamitate magis misericordia dignos, q̃ cæteros homines efficit, ut Priamum multosq; alios regno eiectos, & omnib' miserijs cooptos. Quẽ Epaminundæ q̃so in scena non moueant miseriæ? cui non eliciant lachrymas Philoctetæ calamitates, & erumnæ? nihil in illis ꝑterea regij reliquum est. Esto Papia fuit regum sedes, & aula. fuit Ilium, et ingens gloria Papiensium. nunc contẽptissimum municipium cum cæteris huius impij, ac ꝓuinciæ municipijs colonijs, ac ꝑfecturis alteri ciuitati paret. fuit illorum regnum, nunc spoliati regio nomine, regaliq́; splendore obsolescentes in squalore, & sordibus mœrent. omnia regalis nominis, atq; honoris insignia, & ornamenta ab eis recesserunt. si ꝑteriti status, honoris, ac dignitatis ulla ratio habenda foret, longe Papiã dignitate antecellit Cremona. illa cum esset regum sedes, non iccirco tamen Papienses re-

ges erant ipsi, sed regib' subiecti seruiebant. dicam postea quib' regib', quasi uero ipsi essent reges, non barbarorum, aut ꝑdonum serui? uobis Papienses nihil illud regnum attulit, nisi quod barbaris tyrannis seruistis, coacti quidem primum, & ui capti, ut cæteri, sed postea seruituti assuefacti uosmetipsos illis sponte subiecistis, dominosq; ultro illos uobis ꝓiecta in sempiternum, quantum in uobis fuit, libertate imposuistis, uti gens ad seruitutem nata, & ad omnem ignominiam ꝑpetiendam facilis, nihil de laude, ac decore cogitans. Videte quantũ differat mea sententia à uestra opinione. uos ponitis in maxima laude, quod reges aliquando in ciuitate habueritis, quibus maiores uestri seruiebant, ego uero eos, qui se sponte in seruitutem subijciunt in eaq; libenter ꝑmanent, non tantum nulla laude, aut honore dignos esse existimo, sed omnino ex hominum numero eijciendos, & finib' humanæ naturæ exterminandos censeo. Occurretis fortasse, atq; pugnabitis non uestra sponte illud seruitutis iugum uestris ceruicib' imposuisse, sed fatali quadam necessitate adactos cum cæteris Italiæ populis in illas miserias ĩcidisse. Hãc defensionem Papienses iandudum uobis ipsi amputantes eripuistis, dum contendentis eam turpitudinem maximo uobis fuisse ornamento, quam omnes detestantur, ac ꝑhorrescunt, atq; inde uos tam insolenter effertis, in quo quidem ostenditis, uos, maioresq;

resq; uestros iugo turpissimo delectatos uoluntariam seruisse seruitutem. Iam intelligitis, q̃ leuis, q̃ inconstans, q̃ inconsulta sit uestra ratio, q dignitatem q̃ritis ab iniuria illorum, qui uos in miseram seruitutem redegerunt, decus ab ignominia, gloriã ab infamia, à labe nitorem. uos tunc barbaris regibus eratis in sinu, atq; in oculis, cum interea nostri ciues de libertate, ac decore cogitantes, existimantesque homini Romano nihil esse turpius seruitute, omnib' incõmodis afficiebantur, quod nullis ꝑsuasionibus, nullo terrore, nulla ui cogi poterant, ut ab Impij Romani societate discederent. uos barbaris regib' eratis in delicijs seruitutem seruientes, quod eos in ceruicibus Italorum populorum collocaueratis. nos interea à sedibus nostris, penatibusq; eiecti, ꝓfugiq; uitam inopem, ac uagam ꝑsequebamur, ne ceruices nostras latronib' daremus. Regum sedes, ac domiciliũ fuit multos annos uestra ciuitas, at nostra iam tunc ea erat, q̃ non modo barbaris tyrannis sedẽ, ac domicilium ꝓbere posset, uerumetiã, si historijs credimus, digna q̃ esset Romanis Imꝑatorib' sedes. uestra ciuitas regia fuit, ac nostra multo magis digna erat non dico illorum, sed optimorum regum domicilio, si ultro uoluisset se barbaris in seruitutem dare. Assecuti sunt Papienses ornamenta sine ullis meritis. at nos libenter isto honore caruimus. semꝑ ego is fui q. mallem uirtute ꝑditus esse, eaq; mecum frui sine uir

tutis

tutis insignibus, q̃ insignia uirtutis habere sine uirtu te. Fuerit uero ẽt Papia ea ciuitas, q̃ omnib' ornamentis redundans digna esset regum sede. Fuerint ẽt illi reges iusti, & legitimi. non tamen ꝓpterea nos isti dignitate antecederent. Quippe nostra ciuitas, si fides habenda est annalib', multos annos in libertate fuit suis legib', atq; institutis nixa, nulli Regi, aut Imꝑatori subiecta, neq; ullo pacto obnoxia, ut quondam Athenienses, Spartani, Romani. & nunc quoq; Veneti. Epidaurij, & nouissime ꝓclari uiri Andreæ Doriæ beneficio Genuẽses Ligures, Papienses erant regum serui, non reges, at maiores nostri erant nostræ reipub. reges, ac dominatores, nulli ꝓterq̃ legib' optimis parentes. quib' ꝓcipuum sempꝑ fuit libertatem nisi cum uita non amittere. utra conditio magis honorifica, magisue optanda foret, in animis uestris iudices, atq; in uestris ingenijs relinquo. Tandem ad maiora deueniamus, neq; iam mihi ulterius dissimulandum. iam loquamur. iam detractis integumentis inuolucrisq; explicatis rem, sicuti est, fari incipiamus. erumpatq; aliquando uera, & me digna uox, atq; oratio. Quasi uero illi reges fuerint, & non potius tyranni, latrones, piratæ, ꝓdones, teterrimi, oẽm diritatem, atq; immanitatem superantes, in quib' nullus sensus humanitatis, nulla pietatis ratio, sed contra oẽs diuinas, atq; humanas religiones, qui oĩa diuina, atq; humana iura tyran-

vide polluerunt, pestes illorum temporum, furiæ Italiæ, tempestas omnium bonarum artium, insigne odium omnium hominum, cõe incendium naturæ, et humanitatis inimici. Dij tales reges terris auertite. non uos puditum est Papienses beluas tam ĩmanes, tam diras, atq; pestiferas reges appellare, ut res teterrimas honesta ꝑscriptione tegeretis? reges esse oportet, qui ab æquitate, à legib⁹, & institutis non recedunt. ab aliqua gente, aut ciuitate ob uirtutem, aut suam, aut maiorum suorum ad gubernacula reipub. uocati, à Pontifice Maximo, & à supremo Romanorũ Imperatore comprobati fuerunt. uestri uero archipirate, & ꝑdonum principes, Sacrosancti Romanorũ Imperij perpetui hostes ex gurgustio nescio quo, ex cœno atq; ex tenebris emersere, à nemine ꝑterq̃ à uobis nisi ui, & iniuria comprobati, atq; suscepti. & istos reges appellare non uos pudet? Credo equidem si aliquis Cerberus, aut Demogorgon, aut quoppiam aliud tetrius monstrum, & naturæ portentum in uestris oris nescio quo fato, insedisset, id, quodcunq; fuisset, ꝓ rege statim habuissetis. Porrò si illi reges fuerunt, fateri necesse est occidentale Romanorũ regum imperium contra ius, & fas institutum fuisse, minusq; ex lege. & illud omnium gentium, atque omnis memoriæ clarissimum lumen Carolum eius nominis primum minus legitimum imperatorem fuisse, qui magni cognomen meruit ob id

ipsum quod incredibili quadam, eximia, atq; diuina uirtute illas pestes reges uestros, tanq̃ teterrima monstra illius tẽpestatis ꝓdigia domuit, & Italiam sublata eorum tyrannide à misera seruitute liberauit, Dei Opt. Max. beneficio illis temporib' ꝓcreatus. si illos reges fuisse contenditis, Carolum iustum aut legitimum impatorem non fuisse uobis omnino fatendum erit. ꝓgrediar paulo ultra. si ille imperator non fuit (quod si dixeritis, erit extremæ dementiæ) neq; tot alij magni, & clari reges, qui ei longa serie successere, imperatores dicendi. cogemurque (audite audite, atq; attendite Papienses) hunc nostrum ab eo eiusdem nominis quintum, cuius ꝓclarissime res gestas domi, militiæq; nulla unq̃ obscurabit obliuio, uelimus, nolimus, regem non esse necessario confiteri, hac.n.arctius ratio astringi non potest. malam potius illis latrunculis, uestris regib', crucẽ, ac pestẽ. cauete per amicitiam rogo ne quis ista tam inconsiderate, atq; inconsulte effutientes uos ꝑduellionis reos lege Cornelia, aut Apuleia deferat maiestatis, neu uosmetipsos inducatis in eas captiões, quas nunquam explicetis. Rursus etiam si Carolum, & qui in imperium usq; ad nostra tempora successere imperatores fuisse conceditis, nulla ratione defendi q̃at uestros fuisse reges. nihil.n.tertiũ esse potest. circunspicite quid agatis. utrumlibet attigeritis, ulcus erit. utrocunq; cõuertamini, uos metipsos

in præcipitem locum committitis. nullo.n.pacto, et hos, et illos legitimos extitisse admitti potest. si illos, idest uestros latrones, pugnatis fuisse reges, cum Carolo, ob id maxime, quod illos regno euersos spoliauit, domuit, necauit, regnum, atq; imperium defertur? si illi inquam iusti, & legitimi, qui Caroli iusta arma dici possunt? Quæso uos uultis ne etiam contra Imperatores, qui Carolo successerunt, agere interdicto VNDE VI, ut reges illi uestri, aut eorum posteri in maiorum suorum regnum restituantur? si illud legitimum regnum fuit, cur Imperatores nostri sancti, atq; augusti illorum regnum damnauerunt, non modo acta infirmantes, ac planè rescindentes, sed etiam omnes eorum leges, quarum nulla erat optimæ reipub. consentanea, refigentes, ipsiq; tulerunt legem, qua ille omnes non antiquarentur modo, & paulatim ab usu recederent, sed etiam expresse abrogarentur dissoluerenturq;, utpote iniquæ, et perniciosæ, per uim, libidinemq;, contra omnia exẽpla, contra gentium, & ipsius naturæ ius latas, prouinciæq; per scelus, & latrocinium impositas, & cunctæ ferè Italiæ iniustas, quib' nos, nostraq; omnia addicebamur, barbaris, ac seruis, nõ leges, sed latrocinia, sed iniurias, & nefaria optimo cuiq; irrogata priuilegia, quæ cum neq; animi hominum, neq; fasti ferre possent, nostri Cæsares una rogatione abrogarunt, ac deleuerunt. Si regum uestrorum leges, & acta

defenditis, necesse est sacrosanctas Imperatorum nostrorum sanctiones infirmetis, impugnetis, conuellatis. utræq; simul nullo modo consistere poßunt. Eligite utras malitis stare, utrorum etiam regum acta reipub. magis conducat esse sancta, atq; integra. Scio patres me iniuriam facere tot magnis, clarisq; Imperatorib', quos cum illis pestib' comparo. quod facere coactus fui pp peruicaces, ne dicã ignorantes, si forte istos tanto errore inflatos possem ad aliquam lucem, si minus ad frugem perducere. Sed qui malum, tandem Papienses isti fuerunt uestri reges? iam intelligitis municipium uestrum non fuisse regum domicilium, sed teterrimarum belluarum infame lustrum, non regiam, sed plane latrocinij aulam seu potius haram, eiusq; omnem regni memoriam, è fastis uestris omnino tolli, ac deleri oportere, nisi Cæsarum legibus aduersari uultis, sed quid ego ipse quoq; dixi regni? cum inq̃ regnum non fuerit, sed magis superba, crudelisq; barbarorum dominatio, aut potius Italiæ q̃dam calamitas, uel Dei optimi maximi in genus humanum, ira, atq; uindicta. Cum in Græcia Romanorũ ĩpatores rempubl. negligentius administrarent, anno à partu Virginis D. LXVIII. Iustino eius nominis II. impatore gens Longobardorum Ostrogotorumue ĩmanissima collecto ingenti latronum exercitu ab Oceano, et ex Pannonia mouens Albuino duce Romani im

perij

perij perpetuo hoste in Italiam irrupit. q̃ barbarorum immanitati facile patuit, q̃d illorum aduentus subitus fuit, & improuisus, nec Italorum ciuitates conspirare potuerunt coniunctis uiribus cõicatisque consilijs subito conflato exercitu, ut malo, periculoq; cõi occurrerent, q̃d abesset interim longè Romanorum impator Italia barbarorum direptioni, atq; incendijs relicta, potitiq; ideo sunt Longobardi hac opima, atq; optima Italiæ parte, q̃d omnib' ferè alijs Italiæ municipijs, ac colonijs barbarorum irruptioni, ꝓut cuiq; ꝓ se copia erat, resistentib', Ticinẽses post paucorum dierum obsidionem se facile hostibus dedidere, proiecta sua, Italiæ ꝑdita libertate, q̃bus oportebat non tantum muros, sed ẽt corpora sua opponere, ne se, & socios populos, totamq; Italiam traderent in turpissimam seruitutem, quam uiri fortes non tantum in maximis malis semꝑ duxerunt, sed postremum omnium malorum, non modo bello, uerum morte etiam repellendum. quod quidẽ finitimis cæterisq; ciuitatib' ualde ꝑniciosum fuit, quoniam barbari postea usi sunt eo receptu, tanquã arce, & ꝓpugnaculo ad expugnandas cæteras Italiæ munitiones, ipsamq; Italiam in fœdissimam seruitutem redigendam. Intercepto mox suorum fraude ꝑ insidias Albuino, sufficitur in eius locũ ab exercitu latronum Clephis archipirata, qui oẽm Italiam ꝑter Romam, Tybur, et Cremonam occupauit·

ei nemo, qui summam rerum unus administraret, successit. sed triginta duces, ad quos totus exercitus respiceret, creati fuerunt. hi per decennium nullo impatore Italiam depopulati sunt. tandem Euthariis ab exercitu Impator dicitur. eo dominante Cremona adhuc pstabat in fide cum imperio Romano. post illum Agilulphus Taurinorum dux Theodolindæ fœminæ primariæ optione, et ducum uoluntate, summæ rerum præficitur. primus hic nomen regiũ sibi arrogauit, & Papiæ Regiam constituit, sub quo Cremona triginta dierum obsidionem passa, ui tandem capta est, direpta, & pene solo æquataq;, tela omnia Papiensibus subministrantib'. successere mox alijs alij ea durante calamitate, ac tempestate, compertumq; est annalium memoria eam immanissimã gentem circiter annos ducentos Italiam diuexasse, deuastasseq;, & eorum duces oẽs hostes imperij Romani, atq; summis Pontificibus semper infestos fuisse, semperq; fouisse illos, qui de religione praua sentirent, præsertim, qui essent ex Arrianorũ hæresi. Tandem Carolus Gallorum rex incredibili ac diuina uirtute, magnis Italiæ luct.b', funeribusq; subuenit, eamq; liberauit à crudelissima seruitute compressa barbarie, capto, & interfecto Desiderio ultimo Lõgobardorum imperatore. Victori, liberatoriq; habiti sunt tota Italia, finitimisq; in puĩcijs honores p pe diuini. Ne uero de cætero pp Romanorum imperato-

peratorum absentiam Italia direptionib' barbarorum, & incendijs indefensa relinqueretur, Romani pontificis nutu, atq; auctoritate, mira totius Italiæ ipsius, & omnium ꝓuinciarum regnorum, et nationum consensione ipse Carolus īmanissime gentis uictor Romanorum Impator appellatus fuit, hac lege, ut diuiso impio ipse, & eius succesores in occidentali plaga regnarent, Græci uero in Orientali. Hæc mihi fuerunt altius repetenda, ut intelligeretis Papienses, qđ supius diximus, necessario fatendum esse, fuisse inq̃ iniuria impium diuisum. neq; Carolum magnum iustum, et legitimum impatorem dici potuisse, neq; eos, qui ad hæc usq; tpa ei successerunt iure institutos, si reges fuisse cõprobentur illi, qui uos in miseram, & turpem seruitutem adduxerant, qui contra omnes diuinas, atq; humanas leges, religionesq; regnarunt, quorum regnum non modo ab ullo Romanorum impatore, ut opus est, cõprobatum, aut à Pontifice maximo laudatum, receptumue fuit, nisi p uim, uerum etiam contra ipsum Romanum impium, contra omnes pontificum religiones, semp stetit, barbariq; per latrocinia, & cædes nullo instituto, nulla religione, nullo more, nullo exemplo tyrannidem crudelissimam adorti, huius sacrosancti imperij, & sacrorũ ppetui hostes, ꝓdonesque religionum, ad facinus, ꝓdamq; nati. Nullũ ius tam sanctum, tam integrum, quod regnum uestrum illud

non

non uiolarit, atq; imminuerit, genus hominum ferũ, tetrum, barbarum, inauditum, inusitatum, ex illa uetere, & fabulosa immanitate. si ulla apud uos foret annalium memoria, aut cura, nisi planè nihil saperetis, nunq̃ in regni illius mentionem præcipites ruissetis, nunq̃ rõnes uestras tam infeliciter ad hos scopulos appulissetis. perhorruissetis illius nefariæ tempestatis miserias. reformidasset uobis animus renouare illorum temporum calamitates, quib' nullæ unq̃ in Italia maiores fuere, cum immanissimi ꝓdones bellum in tota ꝓuincia Dijs, hominibusq; indixissent, cum ꝓclaræ Italiæ urbes exhaurirentur, uastarentur, urerentur, cum illi à sacrosanctis delubris sacrilegas, impiasq; manus non abstinerent, cum nullum crudelitatis genus omitterent, cum non hominum modo, aut more in uictoria exultarent, cum ꝓuincias popularentur, uexarent, euerterent, affligerent ciuitates uastarent, domos exinanirent, quicq̃d auri, quicquid argenti, stragulæ, ac ꝓtiosæ uestis in Italiæ urbib', sedibus, delubris fuit, abriperent, atque auferrent, cum delubra sanctissimis religionib' consecrata spoliarent, fana diriperent, oĩa pulcherrima, & antiquissima signa, pictasq; miro ope tabulas, & opa, q̃ paulo magis affabre, atq; antiquo artificio facta uidebantur non modo auferrent, uerum etiam nullo compendio, aut usu barbare ꝑfrigerent fœdarẽtq; omnis humanitatis, atq; elegantiæ hostes,

barbare

barbare dixi, cum non occurreret mihi grauius uocabulum, quo libenter usus fuissem uix hoc uulgari contentus, desunt.n. mihi sæpe uerba ad tantam immanitatem apposita. Nullum crudelitatis genus ab illis omissum fuit. tota ardebat Italia, oppida euertebantur. diripiebantur uillæ. uastabantur agri. matres familias, uirgines, pueri ingenui raptabantur. q̃ tempestas Dij ĩmortales? q̃ flamma, q̃ uastitas Italiæ? ò uere spectaculum illud non modo hominibus, sed saxis ipsis et scopulis luctuosum. quacunq; ibant, omnia uastabant, omnia abripiebant, omnia cruentabant, ad p̃dam, facinusq́;, & crudelitatem nati. nunq̃ Pœni tantum Italiæ malum non dico iam intulerunt, sed optarunt, quantum illi fecerunt. Ponite uobis ante oculos patres miseram fugam ciuiũ ex omnibus municipijs. tam & si omnia crudelitatis exempla animis uestris cõplexi fueritis, nihil scio adhuc dignum illa immanitate cogitare poteritis. alios ante suos lares familiares truculentissimi prædones trucidabant. alij eiecti, euersiq; fortunis omnib' ui tempestatum, et calamitatum concursu, miseram fugam suorum p̱ solitudines comitabantur lassitudine, morboq́;, ut inquit ille, exilio, inopia circunuenti deprendebantur in speluncis, cauernisq́; & sepulcris latitantes, erat barbaris in cædendo nullum discrimen. nulla conditionis, nulla sexus, aut ætatis rõ habebatur. non ætate confectis, non mulieribus,

non infantibus parcebant. agri undique, fossæ, riui, ac fluuij ciuium sanguinem exorbebant. ubiq; formido, ubiq; luctus, ubiq; supremi gemitus morientium audiebantur. è parentum cõplexu paruulos abripiebant, ad necemq; ducebant, et sub eorum oculis trucidabant. infelicissimas matres ꝓ sepultura liberorum pretium deposcebant, quo persoluto, eas quoq; nihilo minus crudelissime obtruncabant. aliorum capita à ceruicib' amputata, aut auulsa pilo ꝑfixa circumgestabant. reliquum corpus in mare, aut flumina laceratũ abijciebant. alios in crucem agebant. alij dispersis bustis insepulti iacebant, cæteri semianimes incuria, fame, uastitate, illuuieq; consumpti optatissimam mortem expectabant. Hic optanda mihi esset ea in dicendo uis, ea copia, atq; facultas, qua summi poetæ, quales multos habet nostra Ciuitas, præditi sunt, ut hæc ꝓ atrocitate rei digne deflere possem, quoue uobis patres planum facerem, quod hominum genus si tamen illi homines iudicandi, ꝓ regib' suis præ se iactitant Papienses. saltem utinam adesset aliquis ex magnis illis nostris oratorib', quos domi reliquimus omni laude cumulatos, ex illis inquam, quorum oratio aculeos habet, et neruos forenses. Subuenite igitur uos indices meæ mediocritati, aut potius in dicendo tenuitati. ꝓuidete ne pauptas orationis nostræ causæ noceat, neue nobis sit fraudi inopia uerborum. cogitate ꝑ uos. ipsi

uestris

uestris animis pluſq̃ ego dicam, nullam crudelitatẽ maiorem unq̃ fuiſſe poſt omnium annalium memoriam: ſtatuite uobis ante oculos miſeram, & flebilem ſpeciem illam, uncula uerbera, eculeos, carnifices, tortoresq; barbaros. Cæterum uos hic oratos uolo; ut ueſtra bona uenia liceat mihi de ꝑdonum nefarijs ſtupris, nihil penitus dicere, illorum tetras tragicasq;, & in omni intempantia effuſas libidines cõmemorare mihi animus planè refugit. ad illarum memoriam totus ꝑhorreſco, natus in ea ciuitate, ubi uerecundiæ, ac pudori, qui ingenuos decet, ſemper locus fuit. Quæ modo iudices cõmemoraui, in bello facta fuerunt, atq; in uictoria, in qua immaniſſimæ belluæ exercuerunt ſuam inſatiabilem crudelitatẽm immaniter, ſcelerate, nefarie. In pace uero qualem fuiſſe creditis nefariorum latronum dominatum, niſi teterrimam, niſi crudeliſſimam tyrannidem? qualẽ putatis fuiſse totius ꝓuinciæ, trucidationem, afflictæ atq; euerſa Italia? Quis q̃ſo erit, q ꝓ rei magnitudine non dico uerbis exæquare, ſed animo cõplecti teterrima immaniſſimæ, ac ſpurciſſimæ gentis furta, rapinas, crudelitatem, auaritiam, ſupbiam, ſcelus, tyrannidem inuſitatam, inauditam, ferros, ac barbaros mores, aſperam eorum naturam, difficilem aditum, grauem uultum, ſupba reſponſa, inſolentem uitam, crapulam, & uinolentiam, atq; faſtidiũ intolerandum? illis nulla religio fuit ſancta, nulla lex

integra, nullus existimationis pudor, nullus apud illos grauis auctoritas, nullum exemplum, quod sequi uellent. omnia iudicia in potestatem suam redegerant. oĩa contra leges facere, omnia ex libidine; cuncta testamenta mortuorum, et iura uiuorũ euertere. omnia repagula iuris, pudoris, officij pfringere. apud illos nullum forum, muta curia, omnia infirmata iudicia atq; deleta, deniq; ius, & fas omne abolitum, & ab omni hominum consuetudine, atq; memoria penitus euulsum. Inter feras erat satius ætatem degere, q̃ uidere, & pati tantam illam immanitatem. omnis nobilitas ꝓuinciæ erat in carcere, in tenebris, in squalore, in sordib' omnib' ciuib' ob oculos semp mors uersabatur. maiores uestri, qui soli erant barbaris cari, aderant testes flagitiorum, et omnium furtorum custodes. ex tota ꝓuincia ueniebat ad uos p̃da. spolia totius Italiæ Papiã cõportabantur receptricem furtorum, flagitiorum sociã, adiutricem scelerum. erat semp aceruis cadauerũ referta, & Italorum sanguine oẽs eius uiæ redundabant. in uestram urbem erat pfugium omniũ scelerum, & flagitiorum. ibi tormenta, & cruciatus insontium. ibi miserrimæ seruitutis supplicia. credo equidẽ adhuc parietes, postesq; domorum uestrarũ sanguine sociorum funestati uestigia retinent crudelitatis. solũ totius municipij cruore ꝓuinciæ adhuc pingue luxuriat. Fecerunt, ut p̃dones facere solent. nam

nam q̃uis illi sine, cões hominũ hostes, tamen aliquos deligunt, quos sibi unos amicos parent, quibusue nõ modo pareant, sed ẽt cum eis furta cõmunicent. plerumq; tamen eos eligunt, qui et oppidum opportuno loco habeant, quosue humili atq; illiberali quadã natura, dimissisq; animis oĩa ꝑbra, ac dedecora ferre posse existimant, ad seruitutem natos. nullum municipium, nullam coloniam, nullam ꝑfecturam inuenire potuerunt, quorum incolæ magis morib', & uita sui similes sibi uisi fuerint, magisq; ad sua flagitia appositi, nulla ciuitas iudicata est ab illis magis q̃ uestra sua consuetudine digna. nulla æque, ac uestra reperta est suæ crudelitati accommodata. Hic Papiẽses si ego hanc causam oratorum modo agere uellẽ, possem facile partẽ omnium malorum, q̃ barbari fecerunt in Italia in maiores uestros deriuare, & omnia illorum scelera uobiscum cõmunicare. Qui.n. fieri potest, ut dominatoribus suis Papienses, qui tunc erant, non fuerint in eorum crudelitatibus ꝑcõmmodi, adiutores, atq; administri aliqui ẽt scelerum socij, atq; participes, cum eis opus esset parere, et obseq, ac quicquid latronibus collibuisset, facessere? erant .n. eiusmodi, ut si quid non ad nutũ suum libidinẽue factum esset à uobis, omnia in uos exempla, & cruciatus edidissent. qđ à me dictum sit honoris uestri causa, ut interdum ẽt oratoris uestri partes agam. Itaq; nisi meorum ciuium iussu, ac uoluntate digni-

tati uestræ parcerem, ita hunc locum tractare possem, & uos oratione exultans hoc modo plena manu urgere, & quatefacere in maiores uestros inuectus. Vos tota gemente Italia barbaris pactione prędæ empti emissarij, & administri eratis omniũ crudelitatum. à uobis cruces figebantur, tormentaque omnis generis à uobis sufficiebantur: uos populata afflicta, atq; euersa prouincia perditis profligatisq; socijs prędam, et spolia cum latronib' partiebamini, cum quibus illi scelera, & latrocinia cõicabant. uos prędonibus eratis in oculis pp prędæ, ac furtorũ societatem. uos inusitata inauditaq; auaritia ardentes, ut maior furtorum portio ad uos ueniret, indicabatis Barbaris ubi occultarentur socij Italiæ populi mortem fugientes, eorumq; latibula funestam facem praeferentes illustrabatis. omnia miserorum sociorum loca noueratis. omnes eorum aditus tenebatis. uobis uenaticis, ueluti canib' odorem sequentib' prędam illi capiebant, quam ad uos deferrent. uos opima, atq; optima sociorum, retrusa, atq; abdita eruebatis, et effossa in lucem efferebatis. proponite uobis ante oculos, iudices detestabiliũ prędonum ora, uultum, incessum, spiritum, importunitatem, fastidium; animisq; uestris cogitate Papienses nostros, humanissimam gentem barbaros tyrãnos ad omne crudelitatis genus inflãmantes, & in socios populos, in oem prouinciã, in totam Italiam instigantes, latronibusq; adulantes, ac

tes, ac supparasitantes, quos ultro sibi dominos imposuerant. Prò diuum, atq; hominum fidẽ, cœlum, & terram contestor atq; imploro. ubi terrarum sumus? ẽt apud uos patres contra oĩa uetustatis exẽpla, contra ipsius naturæ legem p̃mia scelerum, ac flagitiorum illi deposcunt, qui maximæ p̃fidiæ pœna plectendi essent oppugnatores patriæ, hostes Impij Romani, & sociorum p̃ditores? etiam ne Mediolani, in urbe inq̃ principe p̃uinciæ Romanis impatoribus fidelissimæ aliq ornari uestris sententijs petũt, quod faueant eorum memoriæ, qui hostes impij publice iudicati fuerunt, quã impatorum leges deletã omnino, obolitamq; esse uoluerunt? ubi nunc obsecro mos ille, uirtusq; maiorum? Petunt Papienses uel hoc maxime augeri dignitate, & Cremonensib' p̃ferri, quod eorum maiores consceleratí fuerint, q̃d cum Longobardis hostib' huius impij se contra socios coniunxerint, consenserint, coniurauerint contra Italiam, cum latronib' p̃dam partiti, & cum eisdem p̃uinciam deprædati fuerint, quod barbaris fuerint scelerum & flagitiorum administri, latronib' excursores, et in crudelitatibus emissarij, quod cum urbes fidelissimæ Romano impio afflicta fortuna iacerent, ipsi cõicatis cum hoste flagitijs soli nedum in p̃uincia, sed in tota Italia triumpharint, quod cum hostes immanissimi cunctam Italiam laniarent, ipsi sociorum sanguinem sitibundi lambere nõ desierint,

& nomen Romanum quantum in ipsis fuit sustulerint, p̃stiterintq; semp̃ fidelissimi in hostium societate, cõicato etiam cum barbaris trucib' sanguine per mutua connubia, donec gens illa exitiales habuit exitus. ea pp̃ se nobis dignitate anteferendos pugnant, uel saltem adæquandos, ueluti, si lupæ, ac uulgaria scorta contenderent p̃ferri matronis uel hoc uno, quod ipsæ præ illis haberent pudicitiam in pp̃atulo. usq; adeo ne Papienses leues, atq; inconsiderantes nos ostenditis? adeo ne abutimini patientia nostra, aut potius tantorum uirorum, qui sedent, lenitate? Ite nunc & regni illius pbrosi ac detestandi mentionem facere audete. uidetis quantam labeculam uobis insperserit uestrum istud regnum cruentissimum. non ne si Cremonensib' supiores essetis cæteris in rebus, ob id unum tamen uos illis longe inferiores iudicari oporteret? Ex illo ciuitas uestra apud totam p̃uinciam maxima semp̃ deflagrauit inuidia, sermonesq; hominũ de uobis parum cõmodi semp̃ fuerunt. ciuitates sociorum p̃ditæ, atq; euersæ totaq; uicinitas maximã partem suarum calamitatum uobis acceptã referunt. uos non tantum adiutores scelerum, ac flagitiorum, sed etiam auctores fuisse p̃dicant: uos hoc nomine odio p̃sequuntur. omnes nomen Papiense cõe odium, labem, & pbra illorum tẽporum exerceantur. solum illud detestabile, ubi conditum est uestrum municipium, non modo non habendum

in pretio, quod fuerit regum sedes iudicant, sed potius loci illius Gēium multa religione placandum, sedemq; illam crudelitate, ac stupris pollutam, maioribus uictissimis expiandam, delendaq; omnia barbarorum uestigia, & monimenta comburenda censent. Qđ si potius animum induxissetis, q̄ latronum regnum, ꝓbrosum, et detestabile præ uobis tam inconsiderate iactare, & inde cōmendationem q̄rere, nunc essent fortasse meliore loco res uestræ, nec tā diu egestate laboraretis, nec quocunq; intenditis essent uobis res aduersæ. id uobis faciunt diræ imprecationes manium illorum quorum sanguine fora urbis uestræ, templa, & omnes uiæ inundarunt, inde etiam tanta uobis cæcitas uenit, ut q̄ ꝓ uobis sunt, q̄ue aduersus uos faciant, quod in maximis malis dicitur, non uideatis, usq; eo, ut q̄ in hac causa contra uos pugnant, ꝓ uobis in medium afferatis, tanq̄ firmamentum, & robur totius actionis uestræ, cōmendationemq; honoris inde aucupamini, unde maxime uituperandi estis: uidete quanta sit inter nos controuersia, atq; dijudicatio. Si uobis Papienses res esset cum alijs aduersarijs, q inimicissime, et infestissime agerent, eorum orator optimis uerbis causam explicans hanc partem libera oratione ita tractasset. uos ita exercuisset, ita uersasset, atq; iactasset. nostri uero ciues, quib' uos negotium exhibere nulla ꝓuocati iniuria, haud ueriti estis, quosue ma-

luistis uobis aduersarios, q̃ socios, & amicos, nolunt hoc modo in uos perorari, & q̃ à me dicta sunt, nullo pacto uolunt ad uos pertinere, uel saltem in omnes conuenire, uestræq; dignitati omnino parcunt, ut in hoc ipso seruent suam. Sibi satis esse existimant ad causam uobis intactis describere illos reges amores delitiasq; uestras, in quos omnem culpam reijciunt, conferuntq;, qualesue fuerint, toti huic consessui ostendere nituntur cui planè rei iam à me pro facultate satisfactum fuisse arbitror, uoloq; ea, q̃ de regno memoraui, ad memoriam antiqtatis, non ad contumeliam ciuitatis referri. Dum hæc patres animo ꝓhorrescens memorarem, admonebat recentis beneficij Caroli V. par.n. Italiæ calamitas, atq; tempestas ꝓximis annis à Germania imminebat, in eademq; ferè mala, ac tp̄a recidissemus (non.n. puto dici posse illis peiora) nisi tam p̄stantis imperatoris diuina, eximia, atq; incredibilis uirtus tetram crudelitatem barbarorum nobiscum de tota ferè religionis ratione dissentientium à iugulis nostris dimicatione capitis sui, uitæq; periculo, ut heri innuimus, auertisset, iugumq; acerbissimum seruitutis à ceruicibus totius Italiæ repulisset. ꝓ quo immortali beneficio hæc ætas, omnisq; posteritas, dum latinæ loquẽtur literæ, Carolo V. Romanorum Imperatori se, suaq; omnia debere fatebitur. Vt intelligentia assequaleatis iudices, qualis fuerit illa barbarorum crudelitas,

delitas, uestris animis cogitate, qualis totius Italiæ futurus erat status (nos enim ꝑpiora semper magis mouent) si cedente Cæsare, fupatisq; nostris legionib' in Germania illi uictores fuissent, qui fortunis nostris imminebant suam cupiditatem religionis nomine uelantes. Dij boni, dum hæc animo uersarem, qui me pfudit horror? credo itidem uobis oĩb' usu uenire. Superest tantum, ut uobis Papienses nubem quam densissimam præ oculis gestatis, lumine orationis meæ eripiam, uobisq; ipsis breuiter tanq̃ in speculo ostendam, qualis sit omnis ista uestra ratio à regno illo ꝑfecta, q̃ puersa, q̃ ꝑpostera. Neq; tamen id uos, ut ego autumo, non intelligitis. sed usque eo, quid arguatis, non habetis usq; ad insaniam & impudentiam ptinaces. Literarum monimentis ꝓditum est, Cacum furem insignem Vulcani creditum filium in ijs locis, ubi postea Roma fuit condita, insedisse, & in Auentino monte speluncam habuisse furtorum, ac rapinarum receptricem, quod esset loci natura munita, & pene inaccessa. cum igitur is maximo terrori esset omnib' late circũ incolentibus, omnesq; eum metuerent, cauerent, atq; uitarent, uidebatur quodam modo in illa regione regnare, & in eo monte regiam suam constituisse. nonne mentis parum sanæ esset, et ad agnatos deducendus iudicaretur, si quis propterea eam urbis Romæ partem cæteris anteferret, Auentinumque desertissi-

GG mam,

*mam, & contemptissimam regionem nobilissimis,
& celeberrimis collibus Tarpeio, Palatino, Quiri-
nali, Exquilijs, cæterisq; ꝑferret, quod in eo fur il-
le, ut naturæ odium, illorum tpum ꝓdigium ab om-
nibus execrandus regnauerit, donec ab Hercule do
mitus, ac ꝓfligatus fuit? non ne merito potius se-
dem illam Romani usq; in hodiernum diem maxime
oderunt, ac iure detestantur, Herculiq; ab incolis
tanto metu liberatis habiti sunt diuini honores, cu-
ius templa, ac delubra adhuc mutata tamen religio
nis ratione, uisuntur? non ne Carolus ille cognomen
to Magnus Dei beneficio illis tpib' natus Hercules
noster fuit, qui tot uestros Cacos repressit, domuit,
ꝓfligauit, totamq; hanc Italiæ partem tanto malo
liberauit, & placatis rebus cunctam Italiam quie-
tam, ac securam reddidit? Hoc est regnum uestrũ
Papienses, qđ elati, inflatiq; tantopę iactatis, illius
exemplar, quib' potui colorib', uobis expressi. Ani-
maduertite & uosmetipsi iudicate, an illi fuerint re
ges, quorum regnum augustissimi impatores nostri
non tantum armis euerterunt, uerumetiam legibus
in ære incisis expresse damnatum abrogarunt, &
eorum legibus iniquissimis refixis, actisque omnino
rescissis obliuione sempiterna deletum, ꝑpetuoque
decreto ex omni hominum memoria, ę factisq; ipsis
euulsum esse uoluerunt. interdum aliqui euertuntur
regno, quorum tamen regnum manet indẽnatum,*

& eorũ memoria restat incolumis. interdum uero & reges, & regnum ipsum pariter damnantur. Leges tamen ab eis latæ, & ipsa acta ꝑ pacem firma ꝑmanent. ut de lege Hieronica dicitur, quam Siculis Romani intactam relinquerunt Hieronis regno abrogato. quod etiam deinde Romæ factum fuit post C. Cæsaris interitum restituta repub. supioris tpis exemplo. Iam.n.L. Flaccus interrex tulerat legem de Sylla, ut oĩa q̃cunq; ille fecisset, essent rata. Hic aũt & reges, et regnũ, legesq;, et acta, insup et nomen ipsum, omniaq; regni uestigia una rogatione dãnata fuerunt, atq; abolita. nihil expressius, nihil illustrius expectari põt, aut desiderari. Siquidem cõsectarium semp fuit, & aliter esse non põt, ut in ipsa quasi natura positum, atq; infixum ꝑ ꝑpetuam, ac necessariam rõnis legẽ, ut quorũ acta, et leges abrogantur, damnetur ẽt simul eorum dominatio, & regnum penitus deleatur. Iam sentire potestis, q̃ debile, q̃ nullum sit talis regni, unde penitus à me deiecti estis, fundamentum, & nihil ad uos inde ornamenti ꝑuenire posse, sed potius maximam ignominiam ꝑuenisse, labemq; uobis sempiternam inspersam fuisse constat, qui soli fuistis auctores, ut barbari tam tetri, non solum tota fermè Italia fuerint potiti, sed ẽt, ut in ea inueterascerent. Nimirum ꝑ hanc unam regni mentionem dignoscere possumus uos esse barbarorum genus, quib' tam ꝓpensis stu-

dijs fauctis, ac cupitis cōicato illorum cum maiorib᷒ uestris p mōstrosas ꝓpinquitates, et affinitates sanguine & hinc aliquib᷒ ex ciuib᷒ uestris incompositos mores contractos fuisse, asperamq;, & feram naturam, q̄ eos efficit inhumanos, atq; intractabiles, in hospites ĩ seruim adolescentes studiorum causa apud uos pegrinantes, & in omnes magistratus, redditq; finitimis omnib᷒, ac socijs ciuitatib᷒ inuisos. Iubete iudices potius Papienses quot annis stata die locum rite. ac religiose expiare, cūaq; monimenta ad illud nefarium regnum spectantia, q̄ isti in sacrario scelerum condita habent, actutum cōburi, detestandamq; execrandamq; illorum tpum memoriam à fastis, atque ab annalib᷒, si fieri pōt, reuelli, atq; ut impatorum nostrorū sanctioni deferatur nomen illud ꝓuinciæ ab illa barbaria deductum, quod iam uulgo inoleuit. barbarum, illiteratum, immemorabile, penitus abolete. augete potius cōmodis illas ciuitates, q̄ tot iniurias, tot calamitates, ac clades accepere illis tpibus omnia libenter ꝑpessæ, ne ab Imperio Romano discederent. Et post hac Papienses regnū illud cruentum ꝓbrosum sceleratum, atq; nefarium latrocinium, quo nihil unq̄ Sol uidit indignius, nobis obijcere audebunt? aut nobiscum in contentionem amplitudinis, & principatus hoc nomine uenire nō uerebuntur. & quisq̄ de cætero dubitabit, utra ciuitas honore, ac dignitate sit p̄ferenda? Nec uobis iu-

dices

dices dolebit, peracescetùe, quod isti ordinem uestrū tam nihil duxerint, ut cauillati uos idoneos haberēt, quib' ita laute os sublinerent, has tenebras cuderēt, hos ludos facerent, ut confidentissimi sperarent dolis, ac fallacijs uobis ꝑsuaderi posse rem, q̄ summam turpitudinem habet, esse maximo honore dignam. & uos eos esse iudices, à quibus facile, ꝑ fabricas, & sycophantias sententiæ iniquissimæ extoqueri q̄-ant improbi ad summam impudentiam? Ne q̄s uero suspicetur me, cum de isto scelerato, nefarioq; regno uerba facerem, barbarorum crudelitatem oratione exaggerasse, omniaq; eorum scelera uehementi, atq; atroci dicendi ratione amplificasse, hinc animaduertere potestis me cum aduersarijs remissius, q̄ res postulabat egisse, quod barbarorū multa tetre, ac crudeliter facta q̄ acriter uerbis et uociferationibus erant urgēda plane ꝓterii, ut de libidinum flagitijs, ac portentis, quas corporib' suis satiasse minime ambigi possit, non dico Papienses, sed oēs populos, quos illi in miseram seruitutem egerant omnib' ignominijs appetitos, ut omnes intelligere possint me non studio, sed officio potius Papiensib' aduersari. Erant, erant indices memoranda alia, q̄ ēt nunc nos tangunt, & uehementer ꝑmunt, quorum inq̄ uirus usq; ad hæc tēpora emanauit, longiusq; in futurum emanabit. Vt.n. cætera omittam, q̄ nunc censetis floreret res literaria, nisi illi Papiensium reges omnia

deua-

deuastassent? quam amplo in statu essent omnes egregiæ artes. q̃ integræ, q̃ pfectæ, & expoliatæ? Qualem ætatem haberemus hodie, cum p̃sertim tot ingeniorum præsidijs abundet? q̃ florentem, q̃ felicem? Nihil sanè desideraremus in illis artib', q̃ fuerunt nobis Græciæ disciplinis traditæ, & amplissimis monimentis consecratæ. Siquidem illi omnis elegantiæ inimici cum humanitati bellum indixissent, conspirarunt unà omnes cõi odio in omnem politiã, inq; omnem literaturam coniurarunt, ut eam stirpitus tollerent, ne una quidem litera in tota Europa inueniretur. Gotorum igitur seu potius Getarũ, quorum erant genus, immanitatẽ imitati quicq̃d librorum ab illis relictum fuerat, nihil isti reliquum fecerunt, ne ullum omnino literarum humanitatisque, quarum rerum ipsi penitus erant ignari, usq̃ extaret uestigium, Vt Goti ipsi præ illis, si scriptoribus credendum, in hoc genere immanitatis fuerint abstinentissimi, usq; adeo optimum quemq; crudeli p̃mebant seruitute, malisq; omnib' exercebant, ut nihil minus, q̃ de studijs bonarum artium literisq; cogitare possent. Tum quicunq; codices, optimi p̃sertim, & lautissimi ad eorum manus deuenissent, eos tanq̃ humanæ uitæ uenena conscindebant, corrumpebantq; aut igni tradebant, ut omnia uastarent, omnia polluerent nihil pensi, nihil sancti habentes. Itaq; sub illo infelicissimo regno tot egregia moni-

menta

menta temporum, locorum hominum, rerumq; gestarum interierunt. tot sapientissimorum hominum præcepta tam Græce, q̃ latine literis mandata ad recte, beateq; uiuendum amisimus. tot ex illo ueterum annales hodie etiam desideramus. tot libros de optima religionis rõne, tot in Philosophia, in Medicina, in Mathematicis, in iuris ciuilis scientia, in re militari, in Architectura, in omnib' artibus, q̃ ad ciuilem usum, & ad omnem humanitatem ptinent. tunc literæ omnes, optimaq; studia siluerunt. tunc non modo Græci sermonis, uerumetiam latini, idest nostri consuetudinem, usumq; amisimus coacti à barbaris uictorib' linguam mutare, omnemq; latinitatẽ èxuti barbaris uocib' assuefieri. Istæc iudices erant à me non modo acri. sed etiam incitata, atq; uibranti oratione peroranda. quod facile quiuis uel mediocris orator facere potuisset rei ipsius atrocitate per se materiam, copiam, et uim suppeditante. De industria uero hunc locum omisi hac quoq; de causa, si.n. hanc partem oratorum more, ac modo tractare uoluissem, metuebam, ne ob renouatam memoriã tantæ cladis, publicæq; iacturæ, dolor, ac fletus, adeo me frangeret, atq; infirmaret, ut mihi pcluderetur aditus ad reliqua peroranda. quoties.n.in huius rei mentionem incido cum amicis, ut quandoq; solet fieri in sermone familiari, non possum me continere; quin maximam lacbrymarum uim pfundam, q̃ pfe

cto lachrymæ nunq̃ uereor apud me arescent, quib⁹ etiam absumptis semp tamē infixus animo hærebit dolor. Videtis ex hac leni, & remissa admodum oratione, qua uix rem leuiter attigi, quantum fletus uocem meam debilitarit, incluseritq́;. sentio ego ipse quantus mihi mentem impediat dolor. siquidem experior quotidie quanto fuerit damno ac iacturæ hominum generi ea labes, illud incendium, aut potius diluuium sublata penitus bonorum librorum supellectile. Actum plane fuisset de re literaria, nisi Medicis Laurentij liberalitas, ac uirtus tantæ cladi subuenisset. q capta atq; euersa à Turcis Græcia, qcquid optimorum librorum in utraq; lingua inueniri potuit, grandi pecunia à uictorib⁹ mercatus in Italiam comportari pcurauit, cōquisitis etiam undiq;, et pmagno sumptu in Italiā adductis multis nobiliss. Græcorum optimæ indolis adolescentulis cum eorū magistris, ut Germana eius linguæ consuetudo, rōq; Græcarum uocum enuntiandarum in eis conseruata ad nostros hoīes emanaret. auxit mox paternum beneficium tanto parēte dign⁹ filius illud p̃clarissimum omnis posteritatis lumē LEO Decimus Pont. Max. Qui optimis artib⁹ fauens, ac cupiens nihil prius habuit q̃ toto pontificatus sui tpe maximis p̃mijs. optima ingenia elicere, et spectatissimum quenq; liberalitate sua excitādo in omni studiorum genere ad summam pfectionē, excellentiamq́; pducere, secuto ēt

paulo

paulo post Clemente Septimo, qui à tanto patruele, æq; cæteris maiorib' suis in hocce liberalitatis gene re nihil degenerauit. quo factum est, ut quicquid literarum in tota Europa, totaq; Asia regnum illud Papiensium reliquum fecerat, fatendum sit Italiam planè debere Mediceæ gentis curæ, & liberalitati neq; Papienses tantum unq̃ pdesse potuisse rei lite rariæ, ista non sua, ut dixi, Academia quantum re gno obfuerunt, ne tantope posthac suum illud regnũ abrogatum atq; deletum p se iactent nihil nisi reges loquentes, & regias. Quanto sapientius Iones Græ ciæ populi olim potentissimi? eos capite et inexpiabili religione sanxisse ferunt, ne qs templa, atq; opa publica à barbaris incensa, atq; euersa instauraret, eaq; in pristina loca reædificaret, ut semiusta, direp ta, ac deuastata essent posteris monimentum barbarorum impietatis. ne qs de cætero sacrilegis tã nefarijs crederet. seq; eorum fidei committeret. sed eos omnino cauerent oẽs, defugerentq;, & cõi odio detestati psequerentur. Isti uero uobis psentib' imma nium pdonum regnum celebrare student, atque ex barbarorum nefarie, ac scelerate factis cõmendatio nem ac nobilitatem aucupantur, suumq; hinc muni cipiũ optimis atq; honestissimis Italiæ ciuitatib' anteferre non uerentur, quod in eo barbari regnarunt patriæ, Italiæq;, & omnis humanitatis ppetui hostes, q humana specie, & figura tantum fuere, be-

ſtias aũt immanitate facile uicerunt ſemp in ꝑda, et ſanguine uerſati. Si cæteræ huius oræ ciuitates truculentiſſimas, atq; immaniſſimas illas feras ꝓſecutæ fuiſſent eiſdem ſtudijs, quib' iſti libertatem ſuam tã facile ꝓijcientes, ꝓcul dubio ſublata funditus omni humanitate totius Italiæ rebus offuſa eſſet nox ſempiterna. id pp neceſſe eſt, dum erit hominum genus, non deſint, q Papienſe nomen oderint, deteſtentur, atq; execrentur. Et poſthac Papienſes in ludis publicis ob publicam lætitiam audebunt inauſpicato inducere ꝓ ſimulacro urbis ſuæ effigiem mulieris mœſtæ admodum, & deiecto ore conſternatæ, cum corona in manu ſemifracta, atq; imminuta quaſi fortunam ſuam dolentes ꝓſtratam, atq; afflictam, et Carolo magno tantorum monſtrorũ domitori inuidentes, & ægre ferentes inſignem uictoriam tantopere neceſſariam, q̃ fuit uniuerſæ Italiæ non modo ſalutaris, uerum etiam glorioſa? nec uident cæci iſta tam infauſta, plenaq; ſtomachi ſpecie ſe detrahere felicitati, ac maieſtati Cæſarum noſtrorum, publicamque illorum ludorum lætitiam ſua intempeſtiua mœſtitia funeſtrare, totaq; ſpectacula inceſtare, et quodãmodo deteſtari hoc ſacroſanctum impium, quod nunquam exiſtere potuiſſet, niſi illa feralis, ac deteſtabilis meretricia mulierculæ infelicis corona ipſius Caroli Magni uirtute confracta eſſet, ac cõminuta? Hæc habui iudices ferè dicere de tota controuerſia,

tum

tum solidis rõnibus firmata, tum claris monimentis scriptorum testata, atq; consignata, q̃ tota Italia affirmaret, si una uoce loqueretur, rem totam explicui argumentis, atq; oratione firmaui, usus testib' incorruptis, nihil à me dictum sine locuplete auctoritate, causaq́; defensa est tot exploratissimi rõnibus, testimonijs, & argumentis, ut nemo de cætero ambigere possit Cremonam Papia rerum omnium p̃stantia longe excellere, utq́; hanc cãm oculis uos iudicare possitis, iam, ut uideatis Patres, aduersarij tot testibus conuicti, tot argumentis obruti, oppressiq́;, et undiq; circũclusi, nequeunt ora uestra intueri aut os suum auditorum coronæ ostendere. uideo eorum paulatim demitti contumaciam, relanguescere audaciã. piget tandem eos puto incepti male consulti. pœnitet temeritatis, & impudentiæ. Poteram equidem ego cum eis acrius agere, atq; acerbius. Sed usq; mihi tẽperaui, nec in re minime dubia sum p̃secutus copiam, quã poteram, et adhibuit oratio modum, molliusq́;, & remissius, q̃ merebatur, q̃stio à me fuit p̃tractata, tenuiq; in dicendo semp̃ illam moderationem, q̃ anteq̃ huc ad dicendum uenirem mihi p̃posueram, ut potius alieno sensui, q̃ meo deseruirem, ut ciuium meorum uoluntati obtẽperarem, homo bene appositus ad eorum lenitatem, dum grauiter, prudenter, et moderate agunt cum aduersarijs. q̃ omitti nullo modo poterant, ea leuiter attigi. multa p̃te-

riui silentio, eaq; uestris ingenijs, uestræq; coniectu ræ cõmisi. ea p̃sertim, q̃ ciues mei silenda duxerunt ad declinandam inuidiam. dixi tamen fortasse aliqua, q̃ illi ne tangi quidem uoluissent. sed ego ea nullo pacto p̃tereunda censui, ut potius dignitati meorum q̃ uoluntati deseruirem, & ut aliquando etiam sensui meo indulgerem, ne isti modestiam nostram in conscientiam ducerent. animaduertebam interim iudices, cum mihi oratione temparẽ, deq; industria, q̃ acutius, contentiusue dici poterant, lenius, ac lentius agerem, quasi uos mihi nutu gratificari, eamq; lenitatem, ac moderationẽ in optimam partem accipere, & quasi institutũ meum ꝓbare, ac tacite uultu collaudare. q̃uis contra intuerer uicinarum ciuitatum, q̃ Cremonensi nomini mirum in modum fauent, ac cupiunt, legatos honestos uiros, q huc à ciuibus suis frequentissimi missi sunt, ut nobis adessent, quasi moleste ferre, & quodãmodo indignari, quod uiderer eis quasi dissimulare, neq; uti uelle uirib', et in tanta pugna negligentius q̃ res postularet agere, usq; eo uidebatur eis mea oratio quodammodo flaccescere. si qua tamen interdum aptius, ac significantius uisus sum in Papienses dixisse, q̃ mihi uidebantur in eos percõmode cadere, non tam in illos dicta uolo, q̃ in eorum maiores exteros homines Longobardos contorta, in totamq; illam barbarorum colluuionem. Iam puto Iudices intelligitis honestissimã

ciuica-

ciuitatem indigne coactam fuisse contendere de prĩcipatu cum municipio sine re, sine magna uirtute, sine industria, sine auctoritate, atque existimatione. Omnia q̃ præclaram ciuitatem efficere possunt, atq; p̃stantem, collata inuicem utrinq; me dicente ĩ contentionem uenerunt, atq; discrimen. Pugnauit res cũ re, causa cũ causa, rõ cũ rõne. uidistis omnia nobiscum facere antiquitatem urbis, nobilitatem originis, ciuium frequentiam, censum, diuitias, mores, optimasq; leges, et instituta maiorum, uirtutem, literas, optimarum artium scientiam, studia rei militaris, splendorem, ingenium, humanitatem, fidem, grauitatem, constantiam, singularia, ac ꝑpetua, in rẽpub. atq; in hoc sacrosanctum impium merita. quib' rebus liquet ciues nostros non modo Papiensibus non posthabendos, uerum omnium rerum p̃stantia excellentiores cum eis minime esse exæquandos, quibus maxima semꝑ domi dignitas, foris auctoritas fuit. Vos etiam, atq; etiam obtestor, atq; imploro iudices, qui æqui estis omnibus, quiq;, ut quisq; iniquissime, crudelissimeq; oppugnatur, omnes uestra æquitate, atq; iustitia sublenatis, ne patiamini nos de honoris nostri gradu deijci. excluditote aduersariorum importunitatem. repellite eorum ꝓruptam audaciam, arrogantiam, ac temeritatem, quos uidetis ambitione ferri tam intolerabili. cõprimite nouam intemperantiam, ne longius emanet, atq; in multos serpat, ne

ne diuina atq; omnia humana iura confundat. indignas, exitiosasq; huic impio contentiones extirpate seuere, grauiter, ac prisce iudicando, ut Papiensib' ob arrogantiam à uestro ordine non tantum repulsis, sed etiam ignominia notatis, oēs intelligant in hoc sacrosancto consilio locum esse uirtuti, iustitiæ, æquitati, ueterumq; iudiciorum uim, grauitatemq; hic esse renouatam. uestræ sapientiæ est, uestræ æquitatis, ac dignitatis ꝓuidere in posterum, ne in tota ꝓuincia hæ ꝑniciosæ contentiones, concursationesue, aut potius seditiones quotidiè coriantur. hæc res ꝑtinet ad imperium, ad maiestatem, ad statum huius ditionis, ad ciuitatum, ac populorum quietem, & pacem. nostra ciuitas suscepit hanc causam, & in ea elaborauit, non tam ad laudem adipiscendam, q̄ ad uitandam uituperationē, ne ius suum maiorum nostrorum uirtute comparatum, nobisq; tanq̄ optimam hæredita. relictū dissolute amittere uideretur. Si ī principem locum Papienses audacia, q̄ eis semper ī∫to est, nobis æquo animo ferentib' dissimulantibusq; se intrusissent, nunq̄ ueritus essem, ne uos uestra auctoritate, uestris sententijs inde deripiendos, nostriq; honoris insignia nobis reddenda iudicaretis. conseruate nobis dignitatem nostram. discant aduersarij uestra æqtate uicti, uestris sententijs confixi non extollere se supra uires, atq; fortunam. discant conditionem suam æquis animis ferre, neq; de

cætero

cætero audeant ꝑstantissimam ciuitatẽ in certamen honoris, et dignitatis contentionem ꝓuocare. res adeo clara, & manifesta oculis uestris subiecta atq; exposita est, ut nisi quis expectet, ut ꝑ se ipsa causa uocem mittat, minime ambigere debeatis utri ciuitati uestro iudicio primas deferatis, si sentire uolueritis, quod uestra æquitas, quod huius ordinis grauitas, quod tanti impij dignitas postulat. uidetis oculis uestris ex hac parte pudorem stare, ex illa impudentiam pugnare, hinc moderationem, illinc temeritatem, hinc uerecundiam, illinc audaciam, hinc cõstantiam, illinc furorem, hinc honestatem, illinc leuitatem, ne dicam turpitudinem, hinc optimarum artium scientiam, illinc inscitiam, hinc splendorem, nitoremq;, illinc squalorem, & sordes, hinc humanitatem, illinc immanitatem, hinc copiam, illinc egestatem; atq; iãdudum certare uidistis nobilitatem, cum obscuritate, antiqtatem cum nouitate, frequentiam cũ solitudine, diligentiam cum socordia, industriam cum ignauia, bonam rationem cum ꝑdita, bonam fidem, cum ea, q̃ concidit, amplitudinem cum tenuitate, bonam spem cum summa rerum omnium desperatione. deniq; uirtutes omnes, & summa omnia hic esse, illic uero uel nullas, uel non admodum multas, & eas quidem mediocres, infimaq;, et abiecta iacere omnia. & dubitabitis utri ꝑrogatiuam uestris sententijs adiudicetis? nec aduersarios ignominiæ notabitis

notabitis, quod ausi fuerint grauissimæ ciuitati nulla causa negotium facessere, et cum ea tam temerarie dimicando se conferre? nec apud uos debet aduersarijs nostris regnum illud detestandum, quod tantũ præ se iactant, quicq̃ suffragari, cum barbari illi nullo pacto fuerint reges, sed prædonum principes, et archipiratæ, quos regno nostri imperatores armis euerterunt, regnum damnarunt, acta infirmarunt, æra refixerunt, leges abrogarunt, omnia regni uestigia, nomenq́; et omnem memoriam sustulerunt, euulserunt, deleuerunt, quos reges fuisse nemo contendere possit, quin idem quoq;, ut luculenter ꝓbauimus, atq; euicimus, neget esse reges Imperatores nostros augustissimos. Neq; mouere uos quicq̃ debet, quod apud eos academia, literarumq; gymnasium institutum fuerit beneficio regulorum Mediolanensium, cum ab eis id factum fuerit, ꝑꝑ Metropolis, & totius ꝓuinciæ commoditatem, non ꝓpter illius municipij dignitatem, neque ulla Papiensium causa, nisi ad eorum inopiam, et egestatem subleuandam, inscitiamq́; tollendam, nec quicq̃ illis prodesse debent ista nescio q̃ diplomata inanium titulorum, ac dignitatum, q̃ tantopere tantaq́; admirabilitate ꝑdicare solent, iam obsoleta, iam antiquata, & planè mortua. Erigite uos iudices, uestramq́; in iudicando grauitatem, constantiam, auctoritatem retinete. Nihil animos uestros impellere possint opes, aut potentia

tia aliquorum hominum, qui occulte pro aduersarijs nos oppugnant: retinete uestram in iudicijs consuetudinem, uestram libertatem, integritatem, seueritatem. Quicquid est, quocunq; mentes uestræ inclinant, quocunq; rõ, æquitas, atq; iustitia animos uestros impellunt, intrepide iudicetis. utimini iure, et potestate, quam habetis, q̃ tanta est, quanta ullis mortalibus in iudicijs unq̃ gentiũ concessa fuit. Quicquid. n. Cæsar põt in iudicando, ad uos translatum, uel saltem uobiscum cõicatum fuit. in eum locũ deducta est res, ut iam libere fortiter, ac prisca seueritate iudicare sit necesse. Tanta est expectatio huius actionis concursusq;, et effusio tantæ multitudinis, quã uidetis, ut nulla iudicij remissio, aut dilatio esse possit è Cæsaris dignitate, aut è tanti impij maiestate. Ad huius contentionis famam erexit se cuncta Italia, excitata sunt omnia municipia, omnes coloniæ, omnes ꝑfecturæ, conueneruntq; ad tantum spectaculum remotæ nationes. Cauete obsecro per Deum immortalem, ne dum huius, aut illius partis uos nimium mansuetos miseret, seueritatis uestræ atq; constantiæ famam, q̃ toto terrarum orbe ꝓuagata est imminuatis. Per uos, & uestram fidem, uirtutem, sapientiamq; oro, atq; obtestor consulite nomini, ac dignitati huius sacrosancti loci. memineritis hic adesse florem, ac nobilitatem totius ꝓuinciæ, multos prudentes, ac sapientes uiros huc conuenisse,

qui hanc q̃stionem iuris ciuilis, ac multarum rerum scientia pditi recte iudicare possent. Cogitate horum omnium animos in uos ferri, eorum mentes nõ minus q̃ oculos in uos conuersas expectare sententiam hoc ordine, hoc loco, hoc sacrosancto impio dignam. res p se manifesta est, causa p se ipsa loquitur. nec mihi uenit in dubium uestra fides, aut constantia, ut fieri q̃at, qn secundum nos et sentiatis, et iudicetis. non existimo deum immortalẽ tam auersum esse à salute populi Cremonensis, ut desinat clarissimum lumen animis uestris, ac mentibus pferre, quo ueritatem, q̃ oratione mea patefacta est, agnoscere, ac seq ualeatis. qđ uos statuetis illud utrique ciuitati sanctum esse oportebit. si aliqua uis (quod detestabile omen longe auertat deus) eorum qui nobis occulte insidiantur, in animis uestris poterit, si quis casus, quem Dij omnes, hominesq; phibeant, grauis, et miserabilis euenerit, non sola ciuita nostra uestris sententijs oppressa mœrebit ppetuo squalore, & sordib', totaq; confecta senio, sed ẽt tanti doloris ppinguæ ciuitates, quorum legationes frequentissimas nobis adeße uidetis participes eße uolent. Multi Cremonenses hic adsunt ad hoc munus mecũ destinati. decreuimus unà omnes nunq̃ nisi è sententia re confecta domũ redire in patriam. sed ad barbaros, ac remotissimas nationes in ppetuum exiliũ demigrare, potiusq; in solitudine cum feris uitam a-

speram

speram degere, q̃ ad nostros in patriam tam malum nuntium afferre, q̃ uidere totam ciuitatem tam graui accepto uulnere consternatam, æterno mœrore confici, afflictariq́; noctes, ac dies in deplorando iure suo frustra consumere. Moriar potius q̃ patriam in tam miseram, tam luctuosam fortunam deiectam aspiciam, conquerentem, cōmiserantemq́ue cœlum, ac terram obtestantem se non potuisse obtinere ius suum. se iudicata, damnataq́; causa dignitate posthabitam contēptissimo municipio, nihil sibi ꝓfuisse uetustiora, illustrioraq́; habuisse initia, q̄d fuerit Romani generis, ac seminis soboles ac ꝓpago, cum aduersarij à Gallis, aut à Ligurib' nescio q̄bus originē obscurissimam traxerint, eorumq́; municipium sit adhuc incerti nominis. nihil sibi in tanto discrimine ꝑsidio fuisse, q̄d semꝑ reipub. populoq́; Romano, eiusq́; imꝑatoribus fidem datam ꝑstiterit, eamq́ue sanctiorem, q̃ suam salutem semꝑ duxerit, q̄d toties, ne à Romanorum imꝑio descisceret, maximas clades, ac calamitates accepit, sæpius direpta, deuastataq́; afflicta, atq; euersa, nōnunq̃ etiam solo æquata, q̄d his etiam tꝑibus in difficultate numaria cum populis tributa extraordinaria, belliq́; subsidia imꝑantur, semꝑ fuerit auctor & princeps pollicendæ. ꝑsoluendæq; pecuniæ, nihil unq̃ antiquius habuerit q̃ Cæsari, atq; huic imꝑio ꝑ oībus alijs ꝓuinciæ ciuitatib', cum bellum ingrueret, semꝑ ĩsto esse corporib', opibus,

bus, copijs, nullumq; subsidij genus omittere, quo res pub. defendi, aut iuuari possit. Quicunq; uero sequatur casus, nunq̃ tamen ciuitatem nostram pœnitebit benefactorum, nec desinet unq̃ de hoc impio bene sperare, à dijsq; immortalib' semper obtabit, præcabiturq; uotis nuncupatis, ut Carolus V. Romanorũ Imp̃ator orbe terrarum ubiq; incredibili, atq; diuina uirtute pacato, late, longeq; diffuso imp̃io, ijsdem regionib' ac terminis regnet, quib' solis cursus continetur, atq; ita potentissimum Turcarum regem, cæterosq; barbarorum tyrannos sua uirtute, consilio, felicitate fractos, p̃fligatos, domitos supet, sicut nuperrime cum bellicosissimis Germanorum gentibus decertauit, & ad sanitatem reduxit. Nunq̃ nostra ciuitas tam æqui, tam sancti imp̃atoris uoluntati tantum uulnus acceptum referet, cum ei nostra fides, nostra studia, nostra merita semp̃ fuerint testatissima, semperq; ille nos honorib', & beneficijs cõplexus multis, & magnis pignorib' urbem nostram obligarit. Viuat, uiuat felix ille maximorum gentium uictor, omnium seculorum omnis memoriæ facile princeps. eius trophæis monimentisq; nulla sit unq̃ finem allatura ætas. nulla eius laudes, unq̃ obscuratura sit obliuio. nullus in toto orbe terrarum sit locus, qui non fuerit nobilitatus eius monimentis, plurimisq; uictorijs illustratus. eo superstite, ac sospite, ex cuius unius mortalis uita, tot mortalium spes;

ac

ac salus pendent, floreat, uigeatq; respub. sacrosan ctum imperium non terræ sed cœli regionib' terminetur. oẽs gentes, oẽs populi, oẽs nationes uni sponte, libenterq; obtemperantes in alta pace conquiescant, aureamq; priscam ætatem pacatissimi felicissimiq; degant omnes, soli Cremonẽses ꝑpetuo mœreant, squaleant, lugeant, quorum opa, quoad per eos fieri potuit, nunq̃ defuit, quin ea q̃ modo dixi tam ꝓspera reipub. euenirent. ij soli in squalore positi, ac sordib', deserti, reiecti, contemptiq; iaceant infra etiam mortuos, si fieri põt, amandentur. uideant Papienses, quorum nulla in rempub. extant merita, florentissimos in pretio, in honore, in delicijs, in oculis haberi, nobis ẽt dominari. Deum tamen usq; dolentes, flentesq; & hominum fidem contestabimur, nos in bona causa oppressos fuisse, & causam ipsam in animis multorum ubiq; gentium in ꝑpetuũ testatam, consignatamq; faciemus atq; hæc omnia, q̃ ego uobis iudicib', & disceptatorib' coram dixi ꝓ causa memoriter, excribi faciemus diuisa in multa exemplaria, ut Cæsar ipse eiusq; consiliarij ꝑclarissimi, ac sapientissimi uiri, atq; oẽs mortales saltem intelligere possint, q̃ iusta de causa q̃ merito nostro oppressi doleamus, Adibimus omnes italiæ, et transalpinas academias, & omnia iurisperitorum collegia, eorumq; sententias implorabimus, non tamen quib' speremus uestras, uestrumq; de nobis iudiciũ

rescindi,

rescindi, infirmariùe posse, sed ut saltem nobis, posterisq; nostris alicui solatio esse q̃ant in tam misera, indignaq; fortuna. Sed quo me deduxit dolor, aut potius indignatio? Dij meliora, omenque omne detestabile, aut obruant, aut auertant potius in aduersarios. moueri sedib' suis urbs nostra potius optabit, atq; in alias, si fieri possit, terras demigrare, q̃ à Papiensi municipio anteiri patiatur. Vidistis Iudices dum hæc cõmemorarem, dum oratio inuita in ea tristitia uersaretur, q̃ multorum, qui hic adsunt, uultus deiecti, consternatiq; iacerent, ut tota concio tanta indignitate per mota uix lachrymas, uocemq; & etiam gemitus contineret. ea uero conturbatio, atq; animorum consternatio, non tantum erat, quod plurimi Cremonensis nominis amici cõmiserati malis nostris ꝑmouerentur, nostrisq; rebus studerent, ac cuperent, uerum multos suus quoq; tangebat dolor, cum in eorum animis tam iniquum iudicium, tanta iniuria, tam prauo, ac malo exemplo repræsentaretur. in quo sentiebant nos quidem maxime, se uero ꝓxime trucidatos. sciunt planè omnes, sciunt quo honore sit digna ciuitas nostra tantis opibus firma, tam uarijs copijs locuples, ea gloria ampla. norunt omnes quot quot hic adsunt, Papiensibus Cremonenses omnium rerum ꝑstantia excellere norunt ciuitatem nostram uirtutis, & fortunæ bonis ornatissimam, optimis moribus, legib', & in-

stitutis

stitutis temperatam, eo ciuium numero, ea amplitu dine præstantem, ut facile omnes alias huius ditionis ciuitates post Mediolanum anteire possit, ea autem modestia, facilitate, ac temperatione præditā, ut cum omnibus alijs q̄uis infimis, se semper ultro exæquauerit, parq; esse uoluerit. Hinc fieri potuit; uti nostris ciuibus cuncta bona fide agentibus Papienses eorum facilitate abusi interdum sententiam priore loco dixerint, nunc tandem sentimus illos id uersute, & malitiose fecisse, ut ad principem locum dolo malo obreperent cæteris ciuitatib' indignantibus nos ob beneficium nostrum plecti, et in ordinem redigi. Nolite obsecro iudices uestris sententijs spoliare ornamentis suis ciuitatem ornatissimam, honestissimam Romanorum coloniam uirtute, gloria, dignitate, existimatione amplissimam, omnibus rebus auctam, refertam, atq; redundantem; pluribusque mortalibus caram, munitissimum Italiæ, & totius imperij ꝓpugnaculum, rei frumentariæ certissimū subsidium, q̄ prædita est ea disciplina, ijs institutis, ut ipsis Athenis, si adhuc uigerent, par iudicari posset, quam omnes ꝓpinquæ ciuitates ornatā cupiunt, cōiq; consensu missis legationib' laudant, q̄ cuncta Italia, populi, nationes, ꝓuinciæ, regna cōprobant, cuius apud omnes gentes maximum fuit semp nomen, & graue, q̄ Cæsari suam pecuniam in difficultate ærarij semper promptam, expositamq; habuit,

præbuitq;

præbuitq́;, eumq́; uiris, armis, equis semper iuuit, semperq́; cōibus hostibus se opposuit belli opportunum subsidium. q̃ plures duces habet, q̃ Papia milites, longeq́; militari laude excellit, multis, ac magnis ingenijs, atq́; fortunæ præsidijs munitissima, q̃ semper imperatoribus nostris probata fuit plurimis eorum beneficijs cohonestata, cui uni ex omnib' urbibus puinciæ datur p̃tor ex amplissimo uestro ordine, q̃ habet eos excellentes uiros in literis, qui apud omnes gẽtes semper habiti sunt sancti, ac dicti, quiq́; Cæsaris res præclarissime gestas ppetuis literarum monimentis ornare possint, ubi uigent ius, æquitas, leges, religio, pietas, pudor, pudicitia, ubi in difficultate annonæ semper paratum præsidium, ubi literarum multarumq́;, & optimarum artium domicilium, ubi humanitas, doctrina, fruges natæ esse uidentur, ubi cuncta splendescunt, ubi summa sunt omnia, unde omnium rerum egregiarum exempla sumi possunt, demum quo Dij, et homines uidentur congessisse omnia ornamenta. Vos, uos testor, atq́; appello clarissimi uiri, qui ex hoc ordine Cremonæ p̃tores olim dati in ea ciuitate fuistis cum potestate & imperio. nostis me nihil mentiri, nihil oratione amplificare, nihil uerbis exaggerare, sed potius uerborum penuria cuncta ferè extenuare, premere, atq́; affligere. Ad te tandem Gonzaga Ferdinande tanq̃ ad anchoram confugio, ut in tua

ope

ope conquiescam, qui unus huius ordinis, huius iudicij præsidibus p̃sides, qui oẽs mortales post Cæsarẽ, cuius auctoritatem, maiestatẽq; in Italia repræsentas, longe antecellis potestate. tuam hic æquitatem, tuã iustitiam, tuam uirtutem imploramus, te iudicio p̃sidente nihil nobis metuendum existimamus. sub te reuiuiscit seueritas, et legum obseruantia, iustitia, abstinentia, cohibeturq́; ad antiquorum Imp̃atorum laudẽ militaris licentia. hic opus est nobis tua seueritate, tua fortitudine, contra eorũ hoĩum potentiam, q̃ cum nos tueri, atque amplificare deberent, non apte quidem, sed cuniculis occulte oppugnant, atq; affligere conantur, tela aderſarijs nostris subministrantes, noĩs Cremonensis p̃petui inimici p̃p uirtutis inuidiã, p̃p ingeniorum laudẽ, ac fortunarum nostrarum mediocritatem, q̃d eis resistere cœpimus, ne ulterius in bona nostra impetũ facere possint. Oramus te nos in tuam accipias fidem fortunarum nostrarum, ac rõnum oĩum conseruator. Ciuitas nostra conquiescit in tua uirtute, atq; cõstantia, in tua iustitia, atq; integritate, quarum omnium uirtutum expressam speciem, atq; imaginem, iãdudum in oculis, et in animis omniũ populorum in Italia fixisti. in te omnis spes nostra posita est. nostra ciuitas cuncta sua studia, oẽm opam, industriã, cogitationem, in tua æquitate statuit, atq; locauit. hanc existimationis nostræ defensionem, iniuriæq́; à nobis p

 pulsationem

pulsationem quodam iure nostro abs te exigimus. hanc de te spem, & opinionē ꝓpinqtas patriæ tuæ nobis spondet. semꝑ ciuitas nostra Mantuani nominis studiosa fuit. fuerunt hæ ambæ ciuitates, ut propinquitate soli, ita semꝑ animorū studijs coniunctissimæ. Gonzagarum uero ꝑclarissimæ familiæ quantum Cremona fuerit semꝑ addicta, atq; astricta, nemo est qui nesciat, qđ tute ipse iampridē sentire potuisti, quoties tu liberiq; tui ad nos diuertentes Cremonam uenitis, spes uenire q̃dam, certaq; fiducia uidetur, ipsaq; ciuitas, cum te diuina quadam grauitate ꝑditum intuetur, deum aliquem, aut certe maximum heroem hospitio se suscepisse putat. cuperet autem, tota urbs, ubi aduentus tui primū nuncium accepit, è solo, sedibusq; suis conuelli posse, ut tibi obuiam uenire liceret, teq; in sua mœnia suis humeris importare. Per te ꝑ dextram tuam oro, ne tā graui, ac periculoso tp̄e desueris ei ciuitati, quam tuis sæpe laudib' ornasti. Quicqđ de nobis tu senseris, quocūq; mens tua inclinarit, in tuam sententiā ij, q tibi adsunt in consilio ꝑclari uiri libenter discessionem facient. illi quidem de iure antiquitatis, nobilitatis, originis inter utranq; ciuitatem, iudicare possent. tu uero non tam doctrina, q̃ habitu naturæ ꝓpe diuino, & maximarū rerum usu longe melius de utriusq; meritis, utra Cæsari, atq; huic imperio, magis utilis, atq; opportuna semꝑ fuerit, aut esse possit.

noſti

nosti utriusq; opes, uirtutem, studia, uoluntatem, ut de alijs rebus sileam, q̄ ad tuendum hoc imperium, ꝓpagandum, ac dilatandum sunt necessariæ. nosti, & re expertus es, an Papienses se nostris ciuibus adæquare possint, cum bellum ingruit, at aliquod im minet periculum, utra ciuitas maiores, ac firmiores copias breui tp̄is spatio conficiat. scis Cæsarē semꝑ Cremonæ habere paratū exercitum, expeditos duces, militumq; ꝑfectos. Martiā illam iuuentutem, q̄ Romani seminis naturam seruat tam in animis, q̄ in neruis, ad tenues belli rumores subito erigi, arma, sagum, bellum flagitare, qđ egregie expertus es supio re anno in Placentiæ urbis recuperatione. scis ad tenuem rumorem illius occasionis totam ciuitatem nostram sponte sua nemine impellente ipse ad arma, decreuisse tumultum, uiros, pueros, senes tam nobiles, q̄ opifices, & seruitia nulla ætatis, aut condõnis excusatione omnes maximo equitum, ac peditū numero Placentiam maximo imbri, uiaq; deterrima conuolasse, Primos Cremonenses nullo impio eam urbem ingressos, oēs uias obsedisse, recentem arcem iam quasi perfectam cepisse, tam diuq; tenuisse, donec ipsa ciuitas, q̄ tota erat in armis sublata ab optimatibus dominatione, se ultro potius Cæsari dedidit q̄ Gallis, quorū potentia ob uicinitatem huic im perio ualde eo tp̄e erat suspecta, ac formidolosa. Con serua dignitatem suam ciuitati, cuius eximia belli

ſcientia, ſingularis diſciplina militaris, quam ſcis Cæſari, atq; huic imperio non opportunam modo, ſed etiam neceſſariam. ibi magnæ, ac firmæ copiæ. ibi ſeminarium optimorum militum, ibi uiri naui, induſtrij, experientiſſimi, quorum omnis impetus ad laudem. ibi ibi demum eſt robur, & ſoboles militum, quos nationes omnes, urbes, populi, reges, tetrarchæ, tyranni ꝓbant. conſtringe tibi, liberisque tuis perpetuo beneficio ꝑclaram ciuitatem, quam honos, quam dignitas, quam opes, fortunæ, uirtus, ſplendor, humanitas, fides, cõmendant. conſerua illi exiſtimationem ſuam, te oramus, atq; obteſtamur. noli per liberos tuos exiſtimare eſſe q̃ſtionem de nugis. non minus laborant ciues noſtri, de honore dimicantes, ac ſi hic agatur omnium ciuium ſalus, uita, libertas, aræ, foci, penates, iura, leges, bona fortunæ, uectigalia, domicilia, muri, ſepulcra maiorum, templa, delubra diuorum immortalium, liberi, coniuges, fama, decus, gloria, patria. Hæc omnia à te nobis conſeruata putabimus, ſi nos aduerſus Papienſium temeritatem in noſtræ dignitatis gradu, aut retinueris, aut reſtitueris. DIXI.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK.

OMNES SVNT DVERN.

Pariſius Kal. Aug. 1562.